 publica: et corp⁹ n̄re ciuitat⁹: q̄ quilib⁹ cu-
 rat de deo cui pp̄riū est: nullū de deo cui
 cōe est. Bene hoc pz̄ in edificijs p̄ntis ci-
 uitat⁹. aliqui hec ciuitas habuit aliq̄s do-
 nas receptas: quas nō nō h̄t: et tū mag⁹
 opati sunt et pl⁹ circa edificia publica tē-
 pore paupertatis q̄ tpe abūdātie et fertili-
 tatis. Nō est aliq̄ vt cōiter: q̄ non magis
 pellet pio se vnū florēnum q̄ pio cōitate
 vsq̄ denarios. Nō imitant̄ isti Marcū re-
 gulū ciuē romanū: de quo dicit Aug. s. de
 ciuita. dei. q̄ erat dur militie p̄ carthagē-
 nē. qui nō habuit nisi vnū agrū paruum
 et parūā vineā s̄m q̄ dicit valer⁹: et audi-
 to q̄ yconom⁹ suus mortu⁹ esset: scripsit
 lenari q̄ aut aliū ducē in exercitu suū
 rogarēt: aut proxī et filijs subuenirent. Et
 scripsit valerius sup̄ istā historā. Studiū
 fuit romanis seipos depauperare: et repū-
 blicā locupletare. Quidō hic totus d̄riū:

non mirā si istud corpus infirmatur per
 calozē de auaricia et inflāmatione.

Quarto et vltimo causat infirmitas in
 aliquo corp⁹ ppter malum regimē et in-
 flāmationē. Medici faciūt tractatū de re-
 gimine sanitatis. et si regimē requir̄ in cor-
 pore sano p̄ sanitate p̄seruanda: nōne a for-
 tiori requiritur in corp⁹ infirmo p̄ sanitate
 recuperada. fama cōis est q̄ ista ciuitas
 est melior in tota hispania: si ess⁹ bñ recta
 Sed h̄ malū et pessimū regimē venit pp̄-
 duo. Primo q̄ comittit̄ regimē iuueni-
 bus: q̄ nesciūt regere seipos. iō p̄s i. vñ
 Eubi. dicit. Nemo eligit sibi duces iuuenes
 q̄re: q̄ non p̄stat eos esse prudētes: quia
 vbi p̄staret bñ possent admitti: vt Scipio
 africanus in. ix. anno fuit senatus Rome
 prim⁹ puer in p̄silio romanorū admittus:
 Sed si nō h̄nt prudentiā ad regēdā seip-
 sos quomō alios: dic de filio p̄hebi q̄ vo-
 luit regere currū solis et. Secūdo malū re-
 gimē comittit̄ paupib⁹ et indigentib⁹. p̄s
 dicit i. ij. politicorū q̄ venerari p̄misit an-
 tiquē: tñ pauperes i republica nō dñari. Is
 em̄ ordine p̄tatis bonū cōe sit p̄ponendū
 bono particulari: tñ videm⁹ q̄ hoies p̄i-
 curat de bono p̄ticulari q̄ cōi. P̄ igit q̄
 corp⁹ n̄re ciuitat⁹ est infirmū ppter plagā
 nō curatā. et itā p̄ualuit ista infirmitas
 et se diffundit p̄ totū conuulsiōe: q̄ a plāra pe-
 dis vsq̄ ad p̄ticē nō est i eo sanitas. Esa-
 s. Dic q̄ planta pedis sunt agricultores
 dic de vitijs eorū maxie de obseruatiōe se-
 stuitatum. Rex capiti sunt maiores ius-
 rari et p̄siliari et rectores. Itē in tantū est
 quis infirmitas n̄ri corp⁹ mystici q̄ p̄s
 sum⁹ dicere q̄ est fili⁹ reguli: cui⁹ fili⁹ isir
 mabat capharnaū. et sequitur. icipiebat em̄
 mon. Jo. iij. Tūc p̄cludēdo p̄mā p̄tē the-
 mat⁹: dico sic. si ibs est sal⁹ et saluator: s̄m
 interpretatiōe suā: et b̄ nō est sal⁹: sed isir
 mitas: igit ibm̄ quē q̄rit̄ surerit nō est b̄
 q̄: expullus p̄ suū d̄riū: qd̄ est infirmitas.

Secunda pars.

Sed dixi in secunda

parte n̄ri sermonis: q̄ hic non est flos de
 mūdicia: nec de puritate: igit nō est hic
 Nazarenū s̄m Verū. inter p̄raf flos. Cāti
 coz. s. sup̄ illo. Rectus noster floridus. et
 super illo verbo sponi in. ij. cap. Ego flos
 campi et lilii conualliu. dicit q̄ triplex est
 flos. s. thalami vel lecti hoiti et flos capi:

iuuenes fo-

q̄b⁹ d̄s com-
 regimē

ap̄ lamā per
 morab

In die pasche.

B Primus flos thalami moraliter significat bonam et quietam conscientiam.

Secundus flos horti significat virtutem et continentiam.

Tertius flos cāpi significat stultitiam patientie.

Et primus flos lecti significat bonam et quietam conscientiam: quod in lecto esse homo desinit. Nihil in domino tam quietum quam repausatum sicut bona conscientia: quod non habet remorsum alicuius mali: nec timorem alicuius pene. Per hunc in quietum taveras tam penosum sicut mala conscientia: quod semper habet remorsum de malo quod commisit: et timorem de pena quam incurrit. Nihil enim tam profusum: tam laceratum in affectibus sicut mala mens. Sit quanta. Ita est ut ois animus inordinatus sit sibi ipsi pena. et sic nullo grauiore pene quam male conscientie: quibus deus non habet: nec consolatio inuenitur. Ad hoc do videam? si inuenimus hic istum florem lecti. bonam quietam conscientiam: et inuenies quod non. De tribus hic non inuenies quietam conscientiam. Primum de homicidijs et de effusione sanguinis. alius effundebat sanguis martyrum christi: modo effundit sanguis martyrum diaboli. Secundo non reperit hic quietam conscientiam in diffamatione. Populus iste a lacte huius et a nutrimento diffamaret obloquium. Sed modo specialiter diffamant bonos homines et bonas domos: et scribunt libros diffamationis et nolunt sibi publice declarari veritatem doctrinam nisi cum scandalo aliorum: cum fieri non debet: quod veritas doctrine et iusticia predicanda est. Tertio hic non reperit quietam conscientiam in furtis. dicit de furtis de horti: et de fructibus. Lex iudicabat de furtis Exo. xxij. Si quis furare fuerit vineam ouem redderet. et quod difficilius custodiunt: quod pascunt in agris. si quis vineam bouem redderet quicquid: quod magis difficiliter et non ita pascunt congregati sicut oues de alijs quod facilius pascuntur custodiri quam redderet duplici. Eum igitur hic quotidie committat de his quod sunt in horti: et in agris: et quod non facilius de die et de nocte custodiunt: sequitur quod magis tenentur in restitutione et in maiori quantitate. Quod si furare pecunia de casa (alio de casa) in quibus secundum legem non tenent nisi in duplici: quod facilius custodiuntur. **I** Secundus flos horti significat virtutem conscientie: quod flos horti est sub muro et claustra. Horti enim ceteri claudunt. Sed nec iste flos hic modo reperitur: quod nec clericus modo seruatur conscientiam: quam habet sub claustra ouis et sacramenti, nec religio: quam

habet sub claustrum voti, nec seculares sub muro et claustra matrimonij.

T Tertius flos in capite significat patientiam que frigidibus et calidibus exponitur: et ventis hinc inde agitatur: et tamen non frangitur. Iste flos hic non reperitur: quod nullus in iniuria sibi lata habet patientiam: immo statim vult cum gladijs et fustibus accipere vindictam. Excludamus igitur nostrum propositum principale. si flos iudicie et puritatis non est hic: nec flos bone conscientie: nec flos continentie: nec patientie: et nazarenus interpretatur flos: igitur iesum quem queritis nazarenum surrexit non est hic: quod exortus est sol cum ardore in conscientie et impatientie: et arefcit fenestram: et flos eius decidit. Iaco. j.

Tertia pars.

Sed dixi in tertia parte

te nisi sermonis: quod hic non est crucifixus: sed crucifigens per replicatam iniquitatem. Et ego reperio quod per peccata nostra vel propter peccata nostra hic crucifigitur iterum christus. seruatur ac replicat totus ordo passionis christi. nam in processu crucifixionis christi fuerunt seruata sex.

Primo christus fuit venditus.

Secundo christus fuit traditus.

Tertio christus fuit illusus.

Quarto christus fuit conspuitus.

Quinto christus fuit flagellatus.

Sexto christus fuit crucifixus.

Primo venditur per auaros cupidos.

Secundo traditur per fictos fallaces.

Tertio illuditur per vanos superbos.

Quarto conspuitur per luxuriosos immundos.

Quinto flagellatur per crudeliter tyranos.

Sexto crucifigitur generaliter per malos christianos.

Dico primo quod christus vendit per cupidos. dico tibi inder. tibi iurate. tibi aduocate. tibi clerice. tibi religiose: quod quicquid cupiditate pecunie vel alterius muneris facis aliquid de deo: de iusticia: de veritate: pecio illius pecunie: tu vendis christum cum iuda: et dicit cum eo. Quid vultis mihi dare et ego enim vobis tradam. vnde glo. sup illo Mat. xxvj. Et eride querebat opportunitatem ut eum traderet. dicit ad istud propositum sic. Multi hodie sunt quod factum inde creant: et tamen idem faciunt. nam cum fallum testimonium dicunt: veritatem qui christus est vendunt. O quot sunt isti tales: quod recipiunt pecuniam et munera in iniuriam iusticie: et vendunt christum. An vis scire quod mali

habebūt isti. Scriptū est Amos. ij. Sup
tribus sceleribus israel et sup quatuor nō con
uertā eū: p eo q viderit p argēto in
stum: et pauperem p calciamētis.

¶ Secūdo xpus tradit per fictos et fallaces.
Isti sunt ficti et deceptores: qui loquunt
pacē cū primo suo: mala autē in cordib⁹
eor. Q quot sunt isti de quibus dicit ps. q
in corde locuti sunt vanitates, et boni po
nunt se in manibus suis: confidūt de bo
nis vrbis suis: et postea pdunt te inimi
cistuis. Recordare tu quāquā es ille: semp
in isto casu cū iuda dicit illud Mat. xxvj
Quēcūq; osculatus fuero etc. et recordare
quid dicit tibi xpus Luc. xxij. Iuda oscu
lo filium hominis tradis etc.

¶ Tertio xpus illuditur per vanos super
bos. Ehuus tripliciter fuit illusus.

Primo a ministris velando faciem.

Secundo ab herode in veste alba.

Tertio a pilato in veste purpurea.

Primo modo triplex genus est superbiorū:
qui illudūt xpo. Primi sunt supbi q sine
timore et sine verecūdia peccant: et videt
eis q deus nō videt eos: nec audit. Isti
quantū in eis est velant faciem xpi: ne
eos videat. dicit istī cū ps. psalmo. cxvij
Non videbit dominus: nec intelligit de⁹
iacob. Sed reprehendit eos statim ps. per
illud qd sequit. Intelligite insipientes i
pplo: et stulti aliqñ sapite. Qui planta
uit aurē non audiet: aut qui fixit oculū
non cōsiderat. Secūdi superbi sunt qui
exercuerunt vias suas supbe. qz interius
sunt lupi rapaces: et extrinsecus veniūt
in vestimentis ouīū vt hypocrite. Isti il
ludunt xpo cū herode in veste alba et pul
chra et mūda: quam ostēdunt exterius: et
tū turpitudinē et immūdiā habent in
terius. Quidā istoz qui erat princeps sa
cerdotū Ananias dixit apls Actū. xxij.
Percutiet te deus paries dealbate. Pa
ries dealbate habet albedinē exterius:
sed nigredinē interius. Tertij supbi sunt
qui exercent superbiā suā in vanitatib⁹
in habitu pomposo de panno aureo/seri
co/veluro cū foraturis etc. in sertis et flo
ribus in torque deauratis. et deargenta
tis. et tales illudūt xpo cū pilato et mili
tibus. Ehuib⁹ est expoliat⁹ in cruce: et viri
et mulieres cū ornamentis pōpōsis: et ve
stibus vanis. Aectūt genua coram spolia
to: et supplicat sibi p suis necessitatibus.

Lerte hoc nō est supplicare: sed illudere.
Dic de mulierib⁹ depictis et decorat⁹. vñ
Apl. s. ad timo. ij. decet orare nō in veste
pōiosa. Ecce quātr xpus illuditur per va
nos et superbos. Sed scis quid scribitur
Prover. iij. Illustres ipse deus deluder.

¶ Quarto xpus conspuit in facie p immū
dos luxuriosos: qui deturpāt aīas suas:
in quib⁹ est impressa facies dei: et imago
et similitudo dei. vñ dicit Bern. ix. Ad imagi
nem quippe dei fact⁹ est homo. et intelli
gitur huius aīam. id dō ps. iij. Signatum
est sup nos lumen vultus tui dñe. hoc est
in aīa nra. Quoties igitur per turpitudi
nē luxurie aīam tuā maculas: absq; du
bio faciē dei: que lucet et respēdet in aīa
tua: deturpas. Eū crudeles dñi: mali ty
rāni. et mali pncipes: et mali cōsiliarij in
iuste et indebite pauperes opprimunt: et
publice vel occulte nocent: causas vidue
nō defendunt: xpm crudeliter flagellant.
Iste tales oppressiones non sunt nisi fla
gella q xpo inferunt. Q quot sunt isti qui
flagellant xpm qui dicit Sap. ij. Oppri
mam⁹ pauperē: nō parcamus vidue: nec
veterano: nec reueremur canos multi tē
poris. sit fortitudo nra lex iniusticie. de
istis dicit xpus in ps. lxxij. Sui flagellat⁹ to
ta die. Sed sine dubio credat istī: qz xpus
a deo pte h istos peret vindictā et defen
sionē: et finaliter exaudiet. dicē em deo pti
Circūdederūt me viri mendaces: sine cā
flagellis ceciderūt me: sed tu dñe defen
sor vindica me. ¶ Sexto et vltio xpus cru
cifigif per oēs pctōres: et malos xpianos
Dicā tibi modicū apli ab hebre. vj. qd est
istud. Xps in cruce fuit mortu⁹ et nō nisi
ppter pctm. quicūq; post xpi resurrectione
nē pctm iterant xpm crucifigunt. de istis
apls vbi. ā. Iursum crucifigētes sibimet
iphs filiū dei. A pctō em liberari nō po
tuissē: nisi p mortē ei⁹ i cruce. Qui igit
pctm iterat et replicat: cū ab ipso cupiat
liberari: videt q velit iterū xpm crucifi
gi pro pctō. Nēs tales sunt factores et au
tores mortis xpi et sue passionis: de quo
xpus h⁹ nouū dolorem: et nonas plagas: q
coquerit de istis per psalmistā. ps. lxxij.
Sup dolore vulnerū meoz addiderit. et
alibi. Dolor me renouat est. Et non so
lum isti inferūt xpo nouū dolore: h ma
iore et grauioze dolore. vñ Bern. in psona
xpi in sermone diei parascenes/ ad inuē

dum q̄ grauior est dolor xpi sibi illatus per crucifigētes eū per contēptū: q̄ per crucifigētes eū p̄ effectū: q̄ iste dolor est exterius in corpore xpi: et ille est interior in aīa xpi. vñ dicit ad hoīem in p̄sona xpi. Q̄ hō vide que p̄ te patior: non est dolor sicut quo crucior: ad te clamo: q̄ p̄ te maior. vide penas quib⁹ affligor: vide clauos quibus cōfodior: interi⁹ tñ est planct⁹ grauior: cū te tā ingrat⁹ expior. Ecce quō hīc idē ordo seruaf sicut i crucifigēde xpi. Sed certe in vno video q̄ nō seruaf ordo: in s̄ q̄ hīc xps crucifigif: sed null⁹ la tro cū eo associat. Job. xi. scribit q̄ crucifixerunt eū eo duos latrones. vnum a dextris: aliū a sinistris. hīc null⁹ a dextris nec a sinistris crucifigif. Sed i alio video q̄ seruaf ordo: q̄ his dieb⁹ de p̄nti dicit nobis pilat⁹. Quē vultis vos de duobus dimitti: barrabā: an iesum qui dī xps: Et vos rñderis: Barrabā. erat tñ latro qui p̄pter seditionē et homicidiū missus fuerat in carcerē. Et replicat vobis pilatus. Quid igit facia de iesu q̄ dī xps: Et vos rñdetis: crucifigif. Sed ad istō de latronibus potestis dicere. Quare mō nō crucifigunt latrones cū xpo: vt seruet ordo: Possū vobis respōdere multipliciter. P̄mo quia nō crucifigif vn⁹: s̄ plures: q̄ cum xpo crucifiri sunt duo latrones solūmodo: et i isto tpe sunt plures iō nimis haberem⁹ facere. Itē q̄ vn⁹ fuit malus: ali⁹ bonus. vn⁹ penitēs: ali⁹ impenitens. modo hīc null⁹ bonus: nec penitens: sed oēs mali et impenitēs. S̄z credo q̄ potestis mīhi aliter rñdere et cum veritate. Nā non crucifigim⁹ latrones: q̄ latro dī: de lateo lates: qui furaf latēter et secreta fur q̄ publice. modo oēs sunt fures q̄ furant in publico vbi fiūt roberie manifeste: et nō timēt: nec aliq̄ correctio nec emēda: et pauci sunt qui furant in occulto et secreto. Sed replico s̄ vos per s̄bum cōe qd̄ dicit: Fur nō est latro qui tpe latitat atro. Latro late luce dign⁹ est vt rēq̄ cruce. et tñ in nro p̄posito null⁹ ponit i cruce. vel credo q̄ possū aliter et meli⁹ rñdere: quia non crucifigim⁹ iesum: q̄ non habetis crucē nec patibulū: q̄ in aurum patibula sunt quersa. O deus et habetis crucē ad crucifigendū iesum: et nō ad crucifigendū latrones. Ecce quō per delusionem nri sermonis: hīc nō est crucifigif: sed

crucifigentes per replicatā iniquitatem: Sed debet⁹ notare q̄ his dieb⁹ abscondit se et exiit de tēplo. mō de ista ciuitate: iō dicam⁹ sibi. O bone iesu q̄re existi de templo: et q̄re de ciuitate: Rñdet nobis ihs ex regula pbi q̄ dīa mutuo se expellūt. et simul se nō cōpatiunt. Ego sum inq̄r xps liberalis: et nō possū cōpati auariciam p̄pter qd̄ ego eieci his dieb⁹ in die ramorū emētēs et vēdentes de tēplo. Sed mō isti reuersi sunt: q̄ vēdūt et emūt spūalia: et cōmittāt simoniā et harateriā in bñficijs et ep̄atibus: et p̄ dñs habui erire de tēplo. et a fili habui erire de ciuitate. naz ego sum bonitas et nō cōpatior mecū iniquitatē et maliciā. ego sum par et nō cōpatior mecū discordiā et d̄ditionē. ego sum iusticia et nō cōpatior mecū iniusticiam: ego sum v̄itas et nō cōpatior mecū falsitate. Et iō cōdōlo de ista ciuitate: dico vī di iniquitatē et d̄ditionē in ciuitate: tota die circūdabit sup muros ei⁹ iniquitas: et labor in medio ei⁹ et iniusticia: et nō des fecit de plateis ei⁹ vsura et dol⁹. Dic quō sunt curstozes vsurarū inter xpianos: sicut cōsuevit esse inter iudeos. Igit dicit xps: oportuit me erire de ciuitate: vel recedere a ciuitate. Iesum q̄ quē querit⁹ nazarenū crucifirū: nō est hīc: immo p̄pter p̄dicta recessit hinc. Ideo placeat sibi p̄ suā sanctā miām: q̄ velit ad nos redire: et q̄ respiciat nos oculo sue pietatis taliter: vt vitā nostrā possim⁹ emēdare: et iesum recuperare hīc p̄ gr̄as et. Deo gr̄as.

In festo pasche.

Sermo. v.



Arrexit non est

hic. Marci vlti. et in euāgelio et. Honorabiles dñi de iesu saluatore nro. nō legis nīā vna resurrectio. s. corporealis. de nobis aut̄ due resurrectiōes leguntur. s. spūalis et corpalis. Cur tam variē? Rñ. s̄m damascenū resurrectio est ei⁹ qd̄ cecidit iterata surrectio. cū igitur q̄libet hō: et q̄libet n̄m duplici morte cadat. s̄z morte spūali: q̄n aīa cadit a gr̄a in peccatū et morte corpali: q̄n aīa separaf a corpore: et corpus cadit in puluerem et corruptio nem: duplici igitur indiget homo resurrectiōe p̄pter duplicē mortē. Prima est resurrectio spūalis: qua hō surgit et resurgit de statu peccati in statum gr̄e. Secūda est

saluta

corporalis qua hō surget & tute diuina in
resurrectione gñali p resurrectionē corpis
et aīe. Et qz ista scda modicū valebit sine
pma: qz nihil valebit resurgere in corpe:
nisi resurgam? in aīa per gratiā: id dicit
Job. in Apoc. ix. cap. Vtūs et scūs qz hz
partem in resurrectione pma. Xps pma
resurrectione nunq̄ indiguit: qz nunq̄ ei?
aīa per pctm̄ cecidit. indiguit scda: quia
eius aīa in passione a corpe separata fuit.
Ecce tota rō gr̄e nos indigem?: et de nob
legunt due resurrectiones: de xpo autē nō
nisi vna. Quia igit modicū valebit nob
resurgere in corpe: q̄ est resurrectio scda:
nisi resurgam? in aīa: que est resurrectio
pma. vt habeam? partē in resurrectione
xpi q̄ est resurrectio scda: rogem? Agnēz
maria vt habeam? partē in resurrectione pma
q̄ est resurrectio de statu pcti in statu gr̄e
et huic def debita p̄sentef: p̄sentef Agni
hūilis et debita salutatio dicēdo. Ave ma-
ria. Surrexit nō est hic et. Notate p de
claratōe thematis q̄ de xpo dicitur: surrexit.
vt h in thēate. et Luc. xiiii. Surrexit dñs
vere. et de xpo dicitur in ps. Tu coguisti sessio-
nē meā et resurrectionē. et officū hodie
num̄ incipit. Resurrexit et adhuc tecū sum.
nōneris q̄ resurrectio dicitur de surgo surgis
qd̄ cōpetit illi q̄ p̄p̄iā tute. surgit. quasi
q̄ dicat: talis surrexit. s. p̄p̄a tute. et re-
surgere dicitur de suscito ras. qd̄ cōpetit illi q̄
alteri? tute surgit: vt dicat de eo resur-
git. i. suscitatur ab alio surgit. Qz igitur in
xpo erāt due nature. s. diuina q̄ p̄p̄a opa-
tur virtute. et humana: que non opatur
nisi tute diuinitatē: cū sit infirm̄ sibi cō-
iunctū fm̄ damascenū: hic est q̄ fm̄ p̄i-
mā naturā. s. diuinam de xpo dicitur: surrexit:
fm̄ aliā naturā. s. humanam de xpo dicitur: re-
surrexit. ad primū sensum. s. rōne diuini-
tatis loquit̄ thema de xpo dicens. Sur-
rexit nō est hic. Et pro aliquali forma ser-
monis debem? notare q̄ resurrectio xpi
expectat quattuor? que sequunt̄.

Primo rationabiliter celebrata.
Secdo gratiose manifestata.
Tertio maliciose improbata.
Quarto infideliter denegata.

Prima pars.

Dico primo q̄ xpi re-
surrectio fuit rationabiliter celebrata.
Cum enim quicquid de deo tenemus et in-

telligim? sit per fidem et charitatem: que
sunt virtutes theologice. q̄ immediate hñt
deū p obiecto fm̄ doctores: certū est q̄
xpi resurrectio est obiectū adeq̄tum istaz
virtutū. In resurrectione xpi affirmat fides
nra sine q̄ nulla esset. vt̄ ap̄s. j. ad Cori.
ix. Si xps non resurrexit: nec nos resur-
gemus. quomodo enim sperat resurgere
membrū nisi resurgat caput? Secūdo in
resurrectione xpi confirmat charitatem no-
stra et dilectio nra: quā habuim? ad xpm
sine q̄ resurrectioe infelicissimi fuissent q̄
oīa p̄pter xpm̄ reliquissent si mercedeē
aliquā ab eo nō essent accepturi. vt̄ ap̄s
contra eos q̄ negant xpi resurrectionem
vbi supra dicit. Ergo qui dormierunt in xpo
perierunt. si in hac vita tm̄ in xpo speran-
tes sumus: miserabiliores sumus oībus
hōibus. Ratio enim per resurrectionē Chris-
ti speramus et nra: in q̄ debet boni pre-
miari de bonis que hic fecerūt: qui nūq̄
fuerunt premiati: sed semper habuerunt
mala: et mali debent puniri de malis q̄
hic fecerūt: quia hic nunq̄ habuerūt nisi
bonū. Pro tāto dicit Chrysostom? super
mattheum contra illos qui dicit̄ resurre-
ctionem non esse. In om̄i re aut actu vir-
tus agēdi spes est futuri. qui enim arat
arat vt̄ metat. qui pugnat: pugnat vt̄ vin-
cat. tolle spem resurrectionis et soluta est
omnis obseruatiā pietatis. hec ille. Ergo
et p̄pter nram fidē / spem / amorē / siue cha-
ritatē: quā habem? ad xpm̄ p̄firmādam
et corroborandā: resurrectio xpi fuit rōna-
biliter celebrata. p̄pter qd̄ dicit xps Jo.
xj. Ego sum resurrectio et vita. nō solū. s.
formaliter: sed et taliter q̄ resurrectio xpi
erit cā resurrectiois alioz. sequit̄. Qui
credit in me etiā si mortu? fuerit viuet: et
oīs q̄ viuit et credit i me nō moriet̄ i eter-
nū. Propter que oīa p̄cludit ap̄s. j. Cor.
ix. Xps surrexit a mortuis primitie dor-
mientū: qm̄ quidē p̄ hōiem mozt: et per
hōies resurrectio mortuoz. S; h̄ q̄ dicit
primitie dormientū. arguit̄ aliq̄ et moztuo
sacre scripture: qm̄ helias suscitauit
vnū mortuū. in. Reg. xviij. Velise? alium
iij. Reg. iij. et xps puellā i domo. Mar-
ix. Adolescentē in p̄rita. Luc. viij. et lazā-
rū quatrduanū. Job. xj. Rūdet sancta?
Lo. in. iij. parte. q. liij. ar. iij. dices q̄ res-
urrectio est reparatio a morte ad vitam
q̄ triplex est. Prima in actu solū: cui quis

ista p̄p̄a
resurgit
p̄p̄a tute

ag. 1
hūm. 10
hūm. 10
hūm. 10

3

inmortuus actualiter resurgit ad vitā. et lo-
quēdo de isto mō xps nō resurrexit a mor-
tuis primitie dormientiū: sed de quibz dī-
ctū est. Scda est reparatio a morte in vi-
tā et a necessitate moriēdi. Tertio mō etiā
a possibilitate moriēdi. et sic istis duobus
modis vltimis xps surrexit a mortuis rē.
si em̄ sicut dicit ter. euangeliū Mat. xvij.
in passione xpi multa corpora scdōz q̄ dor-
mierāt surrexerūt. hoc fuit cū necessitate
moriēdi: vt ponit Aug. in li. de mirabi. sa-
cre scripture. circa fi. lib. Verisimile tñ est
q̄ illi q̄ surrexerūt cū xpo fuerunt ibi: vel
eoz aliqui q̄ enumerat̄ ab aplo ad Vē-
bric. xj. vt abraā: dauid: et multi alij. vñ de
abraā quedā glo. dīc sup Gen. c. xxy. Ad a-
gne cure fuit sanctis patribus q̄ sepelirē-
tur in terra. pmissionis sperantes q̄ xpo
resurgēte resurgerēt. et cām de istis patri-
bus subiūgit in fine cap. dīcēs. Hi oēs te-
stimonio fidei p̄bati nō acceperūt repro-
missionē deo p nobis meli⁹ pudente: ne
sine nobis cōsummarētur. Si contra hoc
obijciat qm̄ fm̄ aplm̄ statutū est hoīb⁹ se-
mel mori. qz igit̄ isti patres: de quibus dī-
ct̄ surrexerūt cū xpo: iterum mortui sunt.
Rñdeo statutū est rē. verū est cū pena: sed
sine pena multoties q̄ pōt mori: sicut p̄z
de puero ab heliseo suscitato q̄ fuit ionas
q̄ postea mortu⁹ fuit: imo petiuit aie sue vt
moreret. Jone. iij. Itē p̄z de lazaro a xpo
suscitato: qui post ascēsiōē dñi multo tē-
pore vixit et postea mortuus est: et de mul-
tis. Pr̄z igit̄ ex oibus his q̄ ppter cōfir-
mationem fidei / spei / et charitatis nre xpi
resurrectio fuit rōnabiliter celebrata: qz
fuit primum principale sermonis.

Secunda pars.

¶ Dixi secūdo principa-
liter q̄ xpi resurrectio fuit gratiose mani-
festata. Licet hodie xps qui quies mani-
festauit resurrectionē suā: specialr̄ tñ pro
nra fide et deuotione instrueda moraliter
manifestauit se hodie trib⁹ psonis glorio-
sis. Primo virgini marie mirissime ppter
tria. Primo rōne honoris q̄ sue matri de-
bebat. Ipsa nīr xpi sup oēs matres est et
dignitate: qz mater dei est: et natura quia
quicqd̄ cōperit xpo de humanitate: totū
habuit ab ea. nō sic de alijs matrib⁹: ideo
super oēs matres debuit honorari. Scri-
ptū est em̄ Ecclī. viij. Vnōra patrē tuū: et

gemitus matris tue ne obliuiscaris. Se-
cūdo rōne fidei nō perditē. Apli et xpi dī-
scipuli in passione oēs perdidērūt fidē: et
in sola virgine remansit: nō specialis sibi
debut̄ xps in resurrectione apparere: qz
scribit̄ Sap. i. Inuenit̄ ab his qui nō tē-
tant illū: apparet aut̄ eis qui fidē habent
in illū. Tertio pter suū amorē intēsum:
qui em̄ intense et ardēter amat̄ deū: deus
eis apparet: et se manifestat. Job. xiiij. in
quit xps. Qui diligit me diligetur a patre
meo. Et ego diligā eum et manifestabo ei
meipm̄. Scdo apparuit et manifestauit se
hodie mulierib⁹ veniētibus ad monumē-
tū: inter quas specialr̄ marie magdalene.
Mat. vlti. Tertio apparuit et manifesta-
uit se discipul⁹: et specialr̄ petro Lu. xxiij.
Surrexit dñs vtere et apparuit simoni. In
his tribus apparitiōib⁹ / et manifestatio-
nibus habemus istud documentū morā-
le: q̄ cū xps resurrexerit hodie in gloria: et
apparuerit p̄io marie virgini: scdo mulie-
rib⁹ specialr̄ marie magdalene: tertio dī-
scipulis specialr̄ petro. ita xps in glia pa-
radisi apparebit et manifestabit se innoce-
tibus: q̄ significānt p mariā virgīnē. scdo
penitētibus: qui per mulieres et specialr̄
ter per magdalenā. tertio obediētibus: q̄
per discipulos et specialiter p petrum et si-
monē q̄ interpretat̄ obediens. Totū istud
documentū morale extrahit̄ a dictis apli
ad Colos. in. c. iij. Adortui em̄ estis et vita
vestra abscondita est cū xpo in deo: cū au-
tē xps apparuerit vita vestra: tunc et vos
apparebitis cum ipso in gloria.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio principa-
liter q̄ xpi resurrectio fuit maliciose impro-
bata: et hoc. i. p hereticos. Pro quo notā-
dū q̄ heretici astuti et maliciose improba-
uerūt xpi resurrectionem ex textu euange-
lij in duobus.
Primo ex mala punctuatione.
Scdo ex mala computatione.
¶ Primo improbant resurrectionē xpi ex
mala pñctuatione textus. vñ in euāgelio
hodierno habet̄ / q̄ mulierib⁹ q̄ hodie ve-
nerūt ad monumētū: dixit angelus quē
viderāt in dextris monumēti sedentē. Je-
sum queritis nazarenū crucifixum: nō est
hic. Ipsi heretici istū textū pñctuat̄ sic. s.
q̄ angel⁹ dixit. Jesum queritis nazarenū



709 hodie 3.
75

B

crucifixū. & mulieres subiūxerūt, surrexit. et angel⁹ rēdit. Nō. & mulieres replicane rūt. est hic corpus ei⁹ vel alibi asportatū. vñ cōcludūt heretici q̄ ex isto textu i quo cōtinent interrogaciones/ & angeli respōsiones nō habet q̄ xps surrexit: imo toto tū cōtrariū. s. q̄ nō surrexit. Et q̄ mala & falsa sit ista text⁹ expōsitiō & falsa punctuatiō: r̄ q̄ ex textu sequit xpi resurrectio. p̄: q̄: sequit i textu: q̄ dixit idē angel⁹ mulierib⁹. Ite dicite discipulis ei⁹ & petro quia ibi eū videbitis: q̄ precedet vos i galileā sicut dixit vobis.

¶ Scōdo iprobant heretici xpi resurrectio nē ex mala cōputatione. nā & articulus fidei habet: & totū enāgelū scriptū est: q̄ xps tertia die a passiōe sua resurrexit. tūc ipsi arguunt sic. Oīs dies vel est artificialis dñēs. xij. horas. vel naturalis. xxiiij. horas cōtinentes. de qualicunq; die loquamur nō est verum q̄ xps resurrexit tertia die: vt p̄ numerādo ab hac hora nona ferie. vj. p̄terite: in qua mortu⁹ est: vsq; ad primā horā hui⁹ diei presentis: in qua resurrexit. nō igit est verū q̄ tertia die resurrexit. Pro mōtione ad istā obiectionē sciendū q̄ duo sunt symboli fidei: in quib⁹ continent oēs articuli fidei catholice. In primō fides fundat⁹ & est symbolū aploꝝ. In scōdo eadē fides & nō alia declaratur: & est symbolū patrū. Scōdm symbolū. s. patrū non fuit de necessitate fidei quoad essentia: q̄ tota fides sufficiētē cōtinet in symbolo aploꝝ: s; fuit de necessitate fidei quoad ei⁹ declarationē. et hoc p̄pter hereses insurgēdas s̄ fidē s̄m q̄ dicit btūs Tho. in. ij. q. i. ar. vñ in symbolo patrū nō ponit aliqd. nec addit nisi p̄pter declarationē fidei in illis articulis: s̄ quos insurgit error: aliq; vel heresis. exemplū in symbolo aploꝝ dicit. Eredo in deū. & q̄ ponentes plures deos dicebat q̄ non faciebant cōtra primū articulū: q̄ quilibet dicebat se credere in deū. Ideo s̄ eorū errores patres posuerūt in isto articulo magis explicitē fidē declarādo. Eredo i vnū deū. & sic de alijs articulis contra q̄s error aliq; insurgit semp addiderunt aliquid. p̄ maiori fidei declarationē. Et nouentis q̄ articulus de descēsu ad inferos ponit in symbolo aploꝝ. et mirū est q̄ nulla de eo mētio fit in symbolo patrū. Causa est dicit sc̄tus Tho. in. ij. q. ij. q̄ cōtra istā articulū nūq̄ er-

ror aliquis insurrexit. Scōdo ad nostrū p̄positū in symbolo aploꝝ ponit. Tertia die resurrexit a mortuis. & non plus. et q̄ insurrexit cōtra istū articulū error ex computatione dierū: de quo errore dicitur est: ideo p̄ maiori declaratione istius articuli ponit in symbolo patrū & addit. s̄m scripturas. Sed adhuc obijciunt heretici di. Videamus vbi sunt iste scripture. non in nouo testamento: quia nō recipiūtur a iudeis: qui negat xpi resurrectionē: op̄s igitur dare scripturā de veteri testamēto: q̄ aliqua alia nō habet: nisi illa Osee. vj. Et uificabit nos post duos dies: et in tertia die suscitabit nos. & quantūcunq; ibi s̄m vnā regulā de modo exponēdi sacra scripturā loquant ibi mēbra p̄ capite: tū ad huc eadē restat difficultas de dieb⁹ naturalibus vel artificialib⁹ iā predicta. Pro tāto respōdet aliter: & finaliter doctores: q̄ ly s̄m nō determinat aliquam vel aliā quas scripturas: sed solū modū loquēdi scripturā p̄ sine doctōrē: que accipit partē p̄ toto: & tūc habet veritatē q̄ surrexit tertia die: sumēdo partē vltimā ferie. vj. & torū sabbati: & partē diei hodiernē/ p̄ primā. s. in solis ortu: in qua hora resurrexit: et hoc est q̄ dicit in euangelio hodierno/ q̄ maria magdalene & iacobi et salome emērūt aromata vt veniētes vngerēt iesum. Et valde mane vna sabbatoꝝ venerūt ad monumētū orto iam sole. Est questio hic iste sancte mulieres venerūt ad vngendū iesum in sepulcro: querit quid fuit factū de isto vnguēto. Ratio querēdi est ista. legimus q̄ tria vnguēta fuerunt parata p̄ iesu. Primū per magdalēnā in sua cōuersatione quando lachrymis cepit rigare pedes eius et vnguento vngēbat. Zuce. vij. de isto vnguento scimus quid factū est: q̄ magdalena de eo vixit pedes iesu. Scōdum vnguentū fuit sibi exhibitū per eandem magdalēnā ante eius passionē in bethania i domo simonis leprosi. Matt̄. xxvj. et de isto vnguēto scimus quid factū est: q̄ dicit text⁹ q̄ magdalena effudit suū per caput ipsius recumbentis. Tertium vnguentū fuit per istas sanctas mulieres ad vngendū xpi corpus mortuū in sepulcro paratum et emptū: sed nō exhibitum. q̄ iam resurrexerat. quid igitur de isto vnguento fuit factū. Respondeat ad hoc Bernardus super cāticā moraliter et dicit q̄ p̄

bb

duo symboli. s. ap̄stolorū & patrū

de vnguento factū.

de magdalēna

mū vnguentū significat vnguentū oīritio
nis peccator: qđ xpo est exhibendū cū la-
chrymis vt fecit magdalena. Secūdu vnz-
guentū significat cognitiones petōz: qđ de-
scendūt a deo capitaliter et pīncipaliter
qđ xpo est exhibendū sicut magdalena fes-
cit qñ effudit vnguentū super caput ipsius
recūbentis. Tertū vnguentū istarum san-
ctarū mulierū significat vnguentū cōpas-
sionis miserōz: quod xps noluit exhiberi
corpōi suo mortuo: vt exhiberetur viuo.
scz pauperibz et miseris qui sunt de corpo-
re suo mystico. ecce quātum ipse per mor-
tem suam viuificauit. hec Bernar.

Quarta pars:

Dixi quarto principa-
liter qđ xpi resurrectio fuit infideliter de-
negata. Infideliter negatur xpi resurre-
ctio et alioz oīm resurrectio. gñaliter que
erit in fine mundi: que sub articulis fidei
cādūt: a multis hereticis et pōbis et malis
xpianis. Primi heretici qui negarūt arti-
culū resurrectionis fuerunt saducei: qđ cre-
diderūt xpo concludere per exēplū de mu-
liere que habuit septem viros fratres: vt
habet Mat. xij. quibus dixit. Erratis ne-
scientes scripturas et virtutē dei. scriptum
em̄ est Ero. iij. Ego sum deus abraā: deus
ysaac et deus iacob. nō est deus mortuoz
inquit xps: sed viuentiū. Patz per hoc qđ
creature ad deū est relatio realis: ex parte
tñ dei ad creaturā est relatio rōnis. tñ ista
sit tēporalis que non potest fundari in re
que non est sicut est homo mortuus: et sic
deus nō est deus mortuoz: et sic sequitur
qđ abraā et ysaac et iacob nō erāt mortui.
Istud non poterat habere veritatem fm̄
corpus: qđ qñ ista verba dixit deus moy-
si diu erat qđ erāt mortui. Scđo hzverū fm̄
aiam: et sic aīa non peribat: cuius opposi-
tū saducei negabant. et ista erat tota cau-
sa que eos mouebat ad negandū resurre-
ctionē. Erratis igit nescientes scripturas.
dicit saduceis rīdendo. Scđo erratis ne-
scientes veritatem dei. q. d. virtus dei ho-
mines a morte potest suscitare: et hoc di-
cit scriptura: igitur resurrectionē nō debe-
tis negare. Scđm iam probatū est ppter
pūmā de virtute dei: qđ virtus dei potuit
creare mundū de nihilo: igitur virtus dei
potest facere qđ sit hoīm resurrectio. patz
cōsequētia: qđ fm̄ Greg. minus deo est re-

parare quod erat: qđ fecisse quod nō erat!
Tertio dixit xps saduceis respondēdo ad
illud. Qui erit vros? In resurrectionē neqz
nubent: neqz nubētur. qđ matrimoniu nō
est nisi pro cōseruatione: sed ibi cōseruabitur
indiuuū. igitur nō erit ibi matrimoniu
scđo matrimoniu est in remediū aliquoz
qui aliter faciēdo peccarēt. in celo dō non
possunt peccare. Secūdo aliqui pbi bene-
gāt articulum resurrectionis per illud qđ
pbs ait in postpredicamentis. qđ impossi-
bile est qđ a puuatione in habitum fiat re-
gressus: lz e contra sit possibile: vt pz de vi-
su et cecitate. et pzetia: qđ natura nititur
cōseruare illud qđ cōrūpūtur: idē in spe-
cie: qđ nō reparat illud idē numero: sed cō-
seruat: qđ nō pōt reparare indiuuū. isto
modo cōseruat patrē in filio: qđ non pōt
cōseruare patrē. Ad istud rīdeo qđ illa re-
gula Aristō. habet verum virtute nature:
dei aut virtute a puuatione in habitū pos-
sibilis est regressus: de quo aliquale exem-
plū possumus habere in natura. vñ brūs
Greg. xij. lib. moral. super illo Job. xij.
Scio qđ redēpto: meus viuit: et in nouissi-
mo die xē. cōtra istos dicit sic. Sic nōnū-
li qui considerantes qđ spūs a carne solui-
tur: caro in putredinem vertitur: qđ putre-
do in puluere redigitur: qđ puluis in ele-
mentis soluitur: vt nequāqđ ab humanis
oculis videatur: resurrectionē fieri posse
desperant: et dum arida ossa inspiciunt:
hec vestiri carnibus / reuersumqz ad vitā
virides esse posse diffidunt: qui si resurre-
ctionis fidem ex obediētia nō tenēt: certe
hanc tenere ex rōne debuerunt. Quid em̄
quotidie nisi resurrectionē nostram in ele-
mentis suis cū mundus mutatur. cōfide-
ramus parū cuiuslibet arboris semē qđ
in terra iacitur vt arbor ex illa pducat: et
cōprehēdamus si possumus: vbi in illa tē-
ta breuitate sui feminis: tā immēsa arbor
latuit quē ex illa processit: vbi lignū: vbi
cortex: vbi viriditas filioz: vbi vbertas fru-
ctū: nūquid natura in semine aliquid vñ
debat in terra iaceretur: et tñ occulto-
rerū opifice cūcta mirabiliter ordināret:
et in mollitie feminis latuit asperitas cotis-
cis: et in teneritudine illius abscondita est
fortitudo roboris: et in siccitate ei⁹ vber-
tas fructificationis. Quid igitur mirū si te-
nuissimū puluere ab nostris oculis in ele-

oro natur
in gity

mentis redactū: cum deus vult in hoiem
reformari: qui ex tenuissimis seminib⁹ in-
mensa arbusta reintegravit. hec Bregio.
Secō istis p̄bis m̄deo qñ dicunt q̄ a p̄-
uatiōe in habitū nulla redeat / negavit
plato / lz false. qui posuit annū magnum
scz triginta miliū annoꝝ: in quo anno po-
suit resurrectionē earūdem rerū oim̄ fuis-
se in illo anno: ⁊ fore per infinita tempoꝝ
temporalū rerū repetita volumina mul-
tis proluxis intervallis. s. triginta milium
annoꝝ. vnde arthenis docuit scholam aca-
demiam: eūdem platonē ⁊ eosdem disci-
pulos reperita fuisse infinites per infini-
ta secula reperēda vt Aug. introdu. xi. de
ciuita. dei. ad qđ referri voluit qđ Eccl̄s. s.
scribit. Quid est qđ fuit? Ip̄m quod futu-
rum est. Quid est qđ factū est? Ip̄m quod
faciendū est. vt Aug. ibidē declarat. ⁊ Ari-
sto. in fine de generatione ⁊ corruptione.
Voc idē dicit Augu. contra predictā sectā
loquens. Ecce q̄ plato negavit illā mato-
rē: a p̄uatiōe in habitū impossibilis est
regressus. tñ q̄ istū regressum posuit vir-
tute nature siendū et non virtute diuina:
q̄ in modo istius regressus posuit mundi
eternitatem: qđ est contra fidē catholicā
et sanctam scripturā: ideo positio sua fal-
sa et erronea a doctozib⁹ catholicis repu-
tatur. vnde p̄ q̄ virtute diuina xps resur-
xit: ⁊ erit resurrectio vniuersalis oim̄: lz
corpus humanū in pulueribus ac cinerib⁹
bus sit redactū. Nec resurrectio lz erit vir-
tute diuina: tñ de ea habem⁹ exemplū in
phenice que ē auis arabie: de qua narrat
Solinus q̄ cū videt se senuisse collectis
arescentibus virgulis: rogam̄ instruit: et
cōuersa ad radium solis alarum applau-
su incendium sibi nutrit: fitq̄ incensaz in
puluerem redacta: iterum de cineribus si-
milis sibi resurgit. In quo datur exēplū
nobis manifestū future resurrectionis no-
stre de puluere nostro: lz nō sit omnino si-
mile: quia nos idē resurgemus numero:
illa phenix non: nisi q̄ alia ex p̄p̄is pul-
ueribus eadem specie generatur. Tertio
mali chulstiani negant articulum resurre-
ctionis: quia lz se credere dicāt in symbo-
lo: ⁊ cōfiteantur dicētes. Expecto resurre-
ctionem mortuorum: et vitam futuri secu-
li. tamen et fides eoz sine operibus mor-
tua est: carnaliter et delitiose viuentes: ⁊
in hoc mūdo et rebus mundanis felicitā-

tem ponentes: et benedictionem sinistrē
que in huiusmodi bonis consistit: et bene-
dictionē dextre que consistit in bonis gra-
tie et glorię non curantes: solummodo cō-
tenti: beatitudinem anime et corporis in
futuro non expectant. De istis dicit Ber-
nardus super cātica. Peccator: bonis pre-
sentibus non modo detentus: sed et con-
tētus: nihil in futurum expectat. sardus
ad vocem istam. Expecta me dicit domi-
nus in die resurrectionis mee in futurum.
Isti sunt similes filiis ruben ⁊ gad: qui di-
xerunt ad moysen. Nihil querimus trans
iordanem: quia iam habemus in orientia
li plaga possessionem nostram. Numeri
xxxij. Trans iordanem erat terra promis-
sionis que significat paradysum: lz isti ni-
hil querunt ibi: quia contenti sunt posses-
sione quam habent in hoc mundo vbi na-
ti sunt. Dicunt tamen in p̄mis Sapien-
tie. ij. Fruamur bonis que in terra sunt:
quoniā hec est pars nostra: et hec est for-
ta nostra. Patet igitur q̄ chulsti resurrectio
fuit hodie: et articulus resurrectionis ra-
tionabiliter celebratus: gratiose manife-
stus: maliciose improbatus: infideliter
denegatus: vnde cōcluditur veritas rhe-
matis de chulsto saluatore nostro hodie a
morte suscitato. Surrexit non est hic. Ex-
plicit sermo. Deo gratias.

Dominica in octauis pasche vel in al-
bis. Sermo. s.



Mncit mundū fi-

des nra. s. Job. v. ⁊ in epla
hodierna. Honorabiles dñi
videmus in naturalibus q̄
ex similitudine ⁊ cōtrarieta-
te rerum nascitur pugna ex predomino ⁊
pre potestate vnius dñi sup aliud. sequit
victoria. vnde s̄m Aug. de ciuita. dei. xij.
Victoria nihil aliud est q̄ subiectio repu-
gnātū. Et sicut videmus in naturalibus:
sic suo modo ī moralibus ⁊ spiritualibus
contemplamur. Et diuersitate et cōtrarie-
tate inter virtutes et vitia etiam a p̄nci-
pio mūdi semper fuit pugna: que statim
incept̄ in cayn cōtra abel: inter bonos et
malos: inter sanctos ⁊ tyānos: inter mū-
dum et suos contēnētes christum ⁊ suos
martyres. vnde dixit xps suis militibus:

cap p̄ dñm q̄ ob
auerit vñ p̄ q̄ be
via
p̄ m̄ h̄ t̄ b̄ y. 1

anno q̄ dñi
8. Rev. 4. 1.

de p̄ q̄ s̄m q̄
fu. 4.

fig^a

fol. 9

Dominica in octauis pasche.

et qui futuri erant de suo exercitu ⁊ acie
cōtra mundū / ostendēdo dissimilitudinē
⁊ pugna inter bonos et malos ppter qd
dixit eis xps vt dicit Job. xv. Si mūdus
vobis odit: scitote q: me priorē vobis odio
habuit. Si de mūdo fuissetis. i. de exerci
tu ⁊ acie sua / mūdus quod suū erat dilige
ret. Quia nō de mūdo nō estis sed ego
elegi vos de mūdo: ppter ea odityos mū
dus. i. pugnat contra vos. **E**husti marty
res fuerūt de exercitu xpi contra mundū:
contra eū preliati sunt p xpi fide: mūdus
subiugarūt: ⁊ in laudē ipsorū dicit the
ma. Vincit mundū fides nostra. In isto
themate martyres ⁊ sancti laudant.

Primo de gl'ia quā acq̄suerūt vñ dī. vñ
cit. Pugnātes naturaliter appetūt victo
riam. Esa. ix. Exultat vicerex capta pres
da qñ diuidunt spolia. Judicā. vij. Dedit
dñs victoriā populo israel. ⁊ Judith. xvj.
Ois populus post victoriā / venit in hie
rusalem adorare dñm. ⁊ ibides. Per tres
mēses gaudiū huius victorie celebratum
est cum Judith.

Secōdo de inimico quē vicerūt. mundum.
Quilibet eorū dixit cū aplo illud ad Gal.
vj. Mihi mūdus crucifixus est ⁊c.

Tertio de armis quibus vicerūt. s. fides
nostra. Sancti per fidē vicerūt regna. ad
Debre. xj. ⁊ que regna: illa scilz regna de
quibus Marb. iij. dicitur qd diabolus
christo ostēdit omnia regna mūdi. **Q**ue
uiter pcedēdo in materia presentis ser
monis erūt duo tractatū: iuxta duas par
tes thematis principales.

Prim⁹ de victoria habita ab aduersario.
cauteloso ibi. vincit mundū.

Secūdu⁹ tractatus de armis quib⁹ for
tis inimicus est victus. ibi. fides nostra.

Prima pars.

Circa processum pri
mi tractat⁹ est sciendū qd victoria contra
aliquē inimicū in bello obtinet si cōcur
rant ibi tria: ⁊ hoc cōiter.

Primo exercitiū vigorosus de suo pncipe
Secūdo dur ⁊ capiraneus animosus ad
bellum prouocans.

Tertio premiū gloriosum preparatū be
ne bellanti.

Dico primo qd obtinet victoria in ali
quo bello p magnā confidentiā de prin
cipe habēte exercitiū. Unde fm qd dicit

Justinus li. xij. in abbreviatōe trogi pō
peij: victoria i plio maxime dependet ex
confidentia exercitus ad pncipē. p̄t̄ de
alexandro: de quo legis qd eius exercitus
tantā in eo habuit fiducia / qd ipso p̄sente
inermes victoriam de inimicis speraret.
Istā fiducia / vigorositatē ⁊ constantiam
narrat trogus pōpeius de macedonib⁹:
qui sepe ab inimicis victi regē suū par
uulum ⁊ inhabilē ad bellū portauerūt: et
tandē victores fuerūt: ⁊ tunc querentib⁹
causam / dixerūt: scitote qd nō defuit anti
mus: sed dñs. maxime in duobus casib⁹
confidentia sumit de duce p̄te armatio
ip̄suis: sed maxime vulneratio. Ad p̄po
situm sancti fuerūt de exercitu xpi in plio
contra mundū. de xpo em̄ eorū duce scri
bitur Apoc. xix. qd sedebat super equū al
bum ⁊ vestit⁹ erat veste asperfa sanguine:
⁊ exercitus celi sequebant eū. Equus al
bus fuit caro xpi ⁊ virginitatē ⁊ mundi
ciam: sed vestis asperfa sanguine fuit ei⁹
hūanitas passiōis sanguine rubricata: ad
cuius sanguinis aspectū martyres ad bel
lum p̄tra inimicū xpi: scz mundū sumpte
runt audaciā. vnde scribit. s. **M**adacha. vj.
Elephantū fortitudo ⁊ audacia ad ostē
sionem sanguinis / vne ⁊ mori excitabant
⁊ ad prelium acuebātur. Quanto magis
martyres ⁊ xpi milites ad ostēsiōnē sui
pncipis sanguinis fuerūt ad plū p̄ ei⁹
inimicos cum audacia. In quorū prelio
fm **L**yprianū qd letus xps affuit: qd libes
in talibus pugnavit ⁊ vicit / confertor: es
sui nominis erexit ⁊ corroborauit. Nam
qui semel mortē vicit p nobis: semp̄ vin
cit in nobis. fm em̄ **B**ernardū sup cātica
sermone. lxxvj. Deuotus miles non sentit
sua: cū sui ductis intueat vulnera. vult bez
ignus dur deuoti militis vultū / ⁊ ocul⁹
los in sua sustolli vulnera: vt illi⁹ animus
erigat: ⁊ exemplo sui reddat ad tolerātiā
fortiorē. Sic beati martyres ex ist⁹ aspe
ctu vulnerū xpi ad preliandū contra mū
dum / vidētes xpi sui pncipis vulnera:
sumpserūt fiducia: ⁊ per crudele marty
rium despecta presentis vite luce: contē
ptorū suorū corporū cruciatu: seuētē mū
dum dei p amore vicerūt: ideo de ipsis se
quitur in textu sepius allegato. **I**psi vice
runt ppter sanguinē agni. p̄t̄ igitur pri
mum per qd obtineat in bello victoria. s.
per exercitiū vigorosum sui pncipis.

¶ Dixi scđo q̄ obtinet in bello victoria p̄
ducē et capitaneū animosum. Magnam
audaciā cōfert militibꝫ in bello ducis pre
sentia: maiorē q̄n vident eū vulneratū: et
aspiciūt ad eius vulnera: sꝫ maximam q̄n
suo verbo viuo animat preliātes: exprime
do qualitatē fragilē: vel potēriam debile
inimicōꝝ dicendo. nihū est. victi sunt ini
mici. Ita x̄ps animat suos martyres con
tra tyrānos dicendo. Nolite timere eos q̄
occidūt corpus: et post hoc nō habēt quid
fuerūt: sed timete eū q̄ postq̄ occiderit ha
beret potestātē mittere in gehennā. Mat.
k. et Luc. xij. Ita aiāt martyres suos ī pre
lio cōtra mūdū di. eis Job. vj. In mūdo
pressurā habebitis: sed confidite: ego vici
mūdū. Ecce quid posset martyres ad pre
liandū contra mūdū terrere. In mundo
pressuram habebitis: sed summus capita
neus x̄ps aufert ab eoz cordibus timorē:
et ad bellum eos puocat di. Confidite ego
vici mūdū. q. d. nō debetis timere: quia
preliamini cū victo: nō cū vincētē. Elicit
mūdū x̄ps subiugādo carnalia per casti
tatē dimittēdo et contēnēdo diuitias per
paupertatē: sugrēdo honores p̄ humilitā
tē. Fuerunt em̄ discipuli humiles: nō sup
bi. casti: nō luxuriosi. pauperes: non diui
tes: egentes: angustiatī: afflicti q̄bus di
gnus non erat mundus. ad Heb. ij. Ista
tria sunt arma mūdi cōtra milites x̄pi: et
nō alia: de q̄bus dr. s. Job. ij. Qd̄ est in
mūdo cōcupiscētia carnis est: et cōcupiscē
tia oculoz: et superbia vite. Istius capita
nei et ducis exēplo et verbo cōfortati beati
martyres habuerūt victoriā de mūdo: sci
entes q̄ mūdus transit et cōcupiscētia eiꝫ.
j. Job. in. c. ij. Pro tāto de eis dr̄ in h̄ym
no martyriū. Vbi sunt quos retinens mun
dus inhorruit: ip̄ni nā sterili flore per an
dum sp̄uere penitus: teq̄ secuti sunt rex
christe bone celitus.

¶ Dixi tertio et vltimo q̄ obtinet victoria
in aliquo bello p̄ premiū gloriosum. Om
nis victor in qualibet lege et secta pro sua
victoria reportat premiū: dū legitime cer
tauerit. Nā et q̄ certat in agone: nō coro
nabit nisi legitime certauerit. inquit pau
lus. ij. ad Timoth. ij. Immo et tale premiū
est intentū a natura: q̄ qlibet vult repor
tare honorē de suo bono operet labore. et
iō dicit Cassiodorus lib. s. ep̄larū. Tribu
ta est iustis laboribus cōpensatio merito

rum: q̄ ex probata militia creditur esse re
munerata: transit: athleteā populis palma
designat esse victorē. sudores bellicos ten
ta corona testat. Et hoc antiq̄ statuerunt
premiū et honorē dandū p̄ triumpho: sꝫ
q̄ dicit Valerius. et de quodā athletea mus
to dicit Aulus Gellius romanoz historiogra
phus: q̄ q̄ punabatur premio triūphali ex
ira proripit in vocē: et deinde locutus est.
Ad p̄positū. si premia p̄mittit suis victo
ribus mūdus: nonne et dabit premiā suis
victoribus x̄ps? Aug. in sermo. de marty
ribus. Recolite regē martyriū milites su
os specialibus armis instantē: bella mon
strantē: ad victoriā promittentē premiā et
pollicētē. Et in h̄ymno martyriū. Que vox
que poterit lingua retexere tē. De isto pre
mio et corona certificati beati martyres di
cūt cū ap̄lo. ij. ad Timoth. s. Scio em̄ cui
credidi: et certus sum. Bonū certamen cer
taui: cursum p̄summaui: fidē seruauī. In
reliquo reposita ē mihi corona iusticie. ij.
Timoth. iij. De mūdo victoriā habuerūt
nōne bene victoriā habuerūt: quos p̄mo
occidit mūdus: postea colit terra in qua
iacent eozum corpora. p̄mo terra repus
tauit martyres iniquos et malos nec sans
ctos nec bonos. p̄ius terra reputauit da
cianū imperatores Romanoz dignos he
nore et p̄mio: et martyres dignos pena et
supplicio. nunc terra manus festū facit: et
maiorē honorē prebet capiti vel digito
vnius sancti: q̄ toti daciono. et Roma pe
tro et paulo: q̄ diocetiano et maximiano.
bū igit̄ martyres vicerūt mūdū: q̄ p̄mo
eos interfecit mundus: postea eos hono
rat totus mundus. Sed nos exēplo istoz
martyriū si sumꝫ de exercitu et militia x̄pi:
et si sumus victores mundi: op̄s videre: et
certe reperies q̄ nō: immo vincit nos mū
dus. vñ est signū q̄ nos non sumꝫ de exer
citu: nec de militia x̄pi. Et em̄ mūdus cō
tra nos pugnat.

Primo per fortitudinem vigorosam.

Secundo per arma periculosa.

Tertio per cautelam fallacem.

¶ Dixi p̄mo q̄ mūdus pugnat cōtra nos
per fortitudinē vigorosam. Em̄ em̄ legem
platonica (q̄ recitat. ij. Polif.) multū cō
uenit fortitudini militū: q̄ sint abidētes
ri. s. sinistra et dextra preliātes: q̄ p̄uenit
mundo: q̄ est fortis et audax miles: et iō de
quocūq̄ x̄pi milite q̄ h̄y preliari cōtra eū:

bb ij

fo. 9

B

Dñica in octa. pasche.

scribit Sap. iij. Certamen forte dedit illi
 ut vinceret. Itē arma q̄m̄mūdus pugnat
 cōtra militē xp̄i: sunt terribilitat valde pe
 riculosa. pugnat enī cōtra milites xp̄i ma
 nu sinistra: p̄ arma aduersitatis. manu de
 extra: p̄ arma prosperitatis. O miles fortis
 q̄: duabus manibus. o Fortia eius arma:
 q̄: fortuna p̄spera et aduersa. ⁊ terribilio
 ra et fortiora arma fortune p̄sperē q̄ ad
 uerle: q̄: p̄ prosperitatē citius hō vincit a
 mūdo: q̄ p̄ aduersitatē: q̄: vt dicit p̄bs
 in. iij. Ethī. Nō nisi virtuosū est bonas for
 tunas ferre. Mōdo pauci vincūt mundū
 sustinēdo aduersitatē ⁊ contēnēdo p̄spe
 ritatē: sed oēs vincūt a mūdo cōtēnēdo
 aduersitatē: ⁊ amplectēdo p̄speritatē.
 Istud p̄ndit dauid in ps̄. xc. dicens. Ca
 dēt a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dex
 tris tuis. Ecce casus hoīm qui vincuntur
 a mūdo. vincit enī mundus in presenti: ⁊
 facit eos cadere ad latus sinistrū suū mil
 le: ⁊ ad dextrū. x. milia: ⁊ sic plures ad dex
 terā cadunt: q̄ ad sinistrā. Sed que est rō
 q̄ plures cadūt ad dexterā: q̄: decē milia:
 q̄ ad sinistrā: q̄: nō nisi mille. R̄ndet Ber
 nar. super ps̄. Qui habitat in adiutorio
 altissimi. Ubi p̄ dexterā intelligunt bona
 sp̄nalia: per sinistrā bona tēporalia. et tūc
 imaginat Bernar. sic. Ubi maior aduersa
 rius: et minor: ex aduerso defensa: ibi ma
 ior casus est ⁊ ruina. Eū igit mūdus plus
 impugnet nos a dextris circa bona sp̄nā
 lia: q̄ a sinistris circa bona tēpalia. et econ
 tra nos minus defendam? sp̄nalia q̄ tem
 poralia: et ideo nō mirū si in bello ⁊ victo
 ria quā obtinet cōtra nos mūdus: plures
 cadāt a dextris q̄ a sinistris. Quis enim
 modo nō defendit magis tēporalia q̄ spi
 ritualia? Nō inuenietis modo i statu pre
 senti in mūdo: nec prelatum: nec ep̄m: nec
 clericū: nec religiosum: nec principē: nec
 militē: nec ciuē: nec officialē: nec ministra
 lē: nec iudicē: nec laboratorē: nec rectorē:
 qui nō curet magis tā de tēpali q̄ de sp̄nā
 li: ⁊ magis de pp̄io q̄ de cōi. Quis mo
 do nō appetit fieri prelat? q̄s nō iurat?
 quis nō apud regē ⁊ principē: et magnū
 et honoratus? q̄s nō in regno ⁊ ciuitati
 bus: in officijs ⁊ gradibus p̄motus ⁊ dis
 gnificatus? Et hoc oēs volūt cōplacere: ⁊
 nullus displicere. ⁊ hoc perdit iusticia:
 q̄: perdit amicitia. cōtra p̄bm in. f. Ethī.
 et Ciceronē in p̄urbys. Eruit p̄sonā in

dicis: qui vestē induit amici. Perditur li
 bertas patrie: q̄: oēs curat de deo cū pro
 puā est: ⁊ nullus de cōi cui pp̄uū deū est.
 Oēs volūt et desiderāt p̄speritatē: ⁊ nul
 lus vult sustinere modicā de aduersitate.
 et tales vincit mūdus: aliquos p̄ aduersi
 tatē ⁊ sinistrā manū: et paucos: q̄: nō nisi
 mille. aliquos vincit p̄ p̄speritatē ⁊ dexte
 rā manū ⁊ multos: q̄: decē milia. et sic de
 victoria mūdi: cōtra istos dī. Cadēt a late
 re tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis.
 O isti miseri qui sic vincūt. Nōne esset
 istis amodo melius. (Dicit Job. de som
 nio pharaonis) p̄ncipiū resistēdo: rēpu
 blicā defendēdo p̄ iusticiā vsq̄ ad mortē
 agonizare: q̄: agonīā corporalis egritudi
 nis expectare. Quis (inq̄t) nō malit capi
 frenesī: q̄ frenesī exponere: iusticiā plusq̄
 nature debitū reddere: vitam virtutibus
 plusq̄ vermis? resignare. Et certe immo:
 s; nullus istoz vult sustinere aduersitatē:
 sed semp studēt circa p̄speritatē. Nō fuit
 talis reserle p̄bs inuēto: ludi scaoz: q̄ re
 gē crudelissimū de suis vitis increpauit:
 et p̄ reipublice defensione itaq̄ militē for
 tissimū se opposuit: malens dicit Valeri
 statim per iusticiā vitam finire: q̄ eā lōgo
 tpe ducere moribus infamatum. Similis
 isti fuit Theodorus cyrenensis: q̄ cōtēstet
 vet regi lismachoz iuberet eū crucifigi et
 insepultū dimittere: h̄m q̄ narrat Valeri
 us lib. vi. sibi fuit dictū. Terribilis sit hec
 crux purpuratis: mea quidē nihil interest
 humi an sublime putrescā. Lucanus. Es
 lo tegitur: qui non h̄y v̄nā. Mōdo nec in
 ecclia: nec in regnis: nec in ciuitatib; ins
 ueniūtur tales hōes: q̄: nō sunt sic homi
 nes sicut illi erāt. Mōdo implet illud de
 cretū deoz gentilium: de quo dicit Zacā
 rius q̄ olim in sacrificio deoz offereban
 tur veri hōes: sed p̄ssu xp̄i nō nisi effi
 gies hoīm. Olim erāt veri hōes in regno
 isto: veri prelati: veri religiosi: veri ciues:
 veri milites: s; modo nō nisi effigies eoz.
 Dicit sic nullus vincit mūdū: sed vincūt
 a mūdo: q̄: nullus vult habere modicum:
 nec sustinere de aduersitate: sed oēs intē
 dūt prosperitatē: sic cadūt a latere dextro
 mūdi: decē milia: a sinistro mille: q̄: p̄ pro
 speritatē plures vincuntur q̄ p̄ aduersi
 tatē. et ideo dicit Boe. vt point et recitat
 Johānes de somnio pharaonis. q̄ pericu
 losio: est fortuna p̄spera q̄ aduersa. nam

aduersa premunt aduersariū: p̄sp̄era perdit incantū. Audiuitis dñi fortitudinem mundi, audiuitis eius arma periculosa; audiat̄is nunc et̄ subtilissimas cautelas. Nā dicit Aegētius de re militari. q̄ licet tum est in bello vti cautelis. Habet nāq̄ tres cautelas: et vitur̄ eis contra nos.

Prima cautela est liga.

Secunda ars.

Tertia ludus.

¶ Prima cautela. sc̄s liga fit cū illis q̄ p̄nt nocere aduersario. Mōdus em̄ inimicus noster vidēs q̄ diabolus et caro p̄nt nocere hōi et cōtinue nocēt, nā caro p̄liat cōtra hōiem per bellū ciuile. diabolus p̄ bellū subtile. vñ dicit metricus. Me verant triplici certamine tres inimici. Serpens antiquus: caro lubrica: mūdus iniquus. Ideo diabolus facit ligā: et init sedus cōtra nos, et sicut iudas cōtra xpm̄ dedit signū: ita mūdus dat contra hōiem quē inuadit istud signū di. Mat. xxvj. Quēcūq̄ osculatus fuero ip̄e est tenete eū. Quot et quantos osculatur mūdus, quot et quātos amplectat rex: diligit istū: h̄c cum charū pro morte: illū dignificat: alit̄ exaltat: nō confidas, ista est cautela et liga quā facit cōtra te cū inimicis tuis. Dicit franciscus petrarcha in lib. dialogotū de amicitijs regis et de familia regis. Charus sum regi meo. Rñdef. Periculosior est aibus inuitantis aucupis blanda modulatio q̄ vilio: sonitus deterrētis.

¶ Secūda cautela qua vitur̄ mundus contra hōies est ars. sicut histrio q̄ studet ali quas artes et addiscit vt decipiat hōies. Narratur de quodā histriōne et ponit magister Robertus hollor: q̄ habebat equū quē docuit multas artes: inter quas istā: q̄ qñ sibi dicebatur flectamus genua: ip̄se genua flectebat. quādo dicebatur: leuate leuabat. cōtrigit q̄ quidam furatus est sibi equum et recessit cum eo: histrio eum insecutus est: et cum veniret equus ad fluuium magne aque et trāsiret: histrio altis vocib̄ clamauit. Flectamus genua: equus audiens vocem dñi/genua flexit et equitatem suffocauit. et iterū clamauit et equus natiuit: et ad dñm reuerfus est. Iste equus est honor mundanus quem furatur ambiciosus. vnde nec honoret: nec diuitie: nec delitit: nec opes sufficiunt. clericus vult ep̄ari. ep̄o cardinalari. cardinalis papari.

cius militari. miles nobilitari. nobilis comitari. et finaliter quilibet furatur equū istū ab isto histriōne. sed caueat sibi: quia docuit eū istam artē: q̄ qñ trāsit equū alicuius tribulationis vel persecutionis statim dicit equo suo: flectamus genua. et post ea: leuate. et finalr̄ ipse in illo honore submergit̄: et perdit honore: et equus reuertitur ad dñm suū. Iste est equus de quo dauid ps̄. xxxij. Fallat equus ad salutē. Nā sepe vidistis milites contra quos mundus vsus est ista arte: qui p̄mitus equitabat in magnis equis et in magnis pompis: et postea habuerūt ire pedites et cum solularibus ruptis. et multos tales certe audistis et vidistis.

¶ Tertia cautela quavt̄ mūdus p̄tra hōminē est ludus. p̄hs in. iij. Etbi. et in nostro ponit triplex bonū. sc̄. honestū/vtilē et delectabile. et dicit ludū esse de delectabilibus. Ista cautela vtr̄ mūdus q̄ hōiem ludē dō cū eo: et p̄ponendo queq̄ delectabilia vt perdat eū et vincat. Et scitis quo ludo cautelesevit mūdus q̄ hōiem. illo. sc̄. quo Ismael ludebat cū ysaac de quo Gen. xxvj. q̄ sara vidit Ismael filiū ancille abrae sc̄s agar egyptie ludentem cum ysaac filio suo et filio libere: et indignata dixit ad abram virū eius. Eice ancillam et filiū eius. Non enim erit heres filius ancille cum filio meo ysaac. Sequit̄ in textu. Dure accepit hoc abraa pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperum super puerum et ancilla tua. Omnia que dixerit tibi sara: audi vocem eius. Ista histriōnā narrat ap̄ls ad Gala. iij. dicens. Scriptū est em̄ qm̄ abraa duos filios habuit: vnū de ancilla: et vnū de libera. Et quomodo tūc qui s̄m carnem natus est persequer̄ eū qui s̄m spiritum: ita et nōc. Sed qd̄ dicit scriptura: Eice ancillam et. nō erit heres filius ancille et. In tota ista histriōne et isto textu sunt notāda per ordinem quattuor pro nostra instructione morali.

Primum Ismael: per quem mūdus significatur. per ysaac quem ludum ludebat: quia dicitur in textu q̄ sara vidit Ismael filium ancille ludentem cum ysaac.

Secundum quare sara vtr̄ abrae de hoc indignabatur: quia dicit textus. Indignata dixit ad virum suum. Eice ancillam et filium eius et. non erit heres filius ancille et.

*fig. de isaa
et ismael.*

Dñica in octa. pasche.

Tertium quare deus abrae ad cōplacendū vxori sue puocabat.

Quartū notabimus de sentētia apostoli sup̄ historia declaranda q̄ dicit: quomō qui s̄m carnem natus est ꝛc.

¶ Quantū ad primū sciendū q̄ s̄m q̄ dicit magister historiariū: iste ludus erat quē docebat eū: imagines luteas facere: et eas pingere: ꝛ postea adorare: et sic ad idolatriā puocabat eū. Certe istū ludū ludit mūdus ꝛ te: docet te facere imagines auaricie/ supbie/luxurie/ire/inuidie/gule/accidie/furti/ꝛ latrocinij/diffamatio- nis/ꝛ falsi testimonij: et multos aliorum peccatorū: et ea adorare/ et sic idolatrare.

Nam s̄m q̄ dicit Hieronymus sup̄. ps̄. lxxx. Non erit in te deꝝ recens: neq̄ adorabis deū alienū. Quot vitia habemus: tot deos habemꝝ. Tu qui contēns alios et vis in honoribus et dignitatibꝝ alios ꝛcedere: facis imaginē supbie et adoras eā. q̄ ꝛgregat pecunias et triticū: ꝛ ponit caritias: facit imaginē auaricie ꝛ adorat.

qui facit homicidia diffamans qđ est homicidiū politicū: facit imaginē inuidie et ire/ et adorat eam. qui volunt comedere splendide ꝛ bibere: consumit q̄ habet et que non habent: faciūt imaginē gule ꝛ adorat eam. O quot sunt de istis qui faciunt luxuriam: et non contēti de propria vxore hñt amasias: non vnā: sed multas et meretrices. isti faciūt imaginē luxurie et adorāt eaz. dic de istis et de alijs fortit increpando. Ecce q̄s qualis est q̄ malus et tā damnosus ludus: quē ludit Ismael id est mūdus ꝛ te: q̄ facit te creaturas creatori ꝛponere et adorare. ꝛ sic idolatrare.

¶ Quantū ad scđm dicendū q̄ sara vxor abrae videns q̄ ismael filius ancille isto modo ludebat cū ysaaq̄ filio suo libero et legitimo: indignata fuit et dixit abrae. Esce ancillam ꝛc. Istud significat q̄ voluntas gratia informata: et ratio bene iudicans et non errās q̄ est vxor: indignatur multū de istis ludis tam dānosis et ꝛiudicialibus intellectui. Adodo ad nrm̄ propositū et ad litteram indignatur sara vxor tua q̄ filius ancille tue et meretricis spurius et ribaldus habeat de bonis domus tue/ et de substantia tua: que iure hereditario ꝛinet ad filiū tuū v̄l suū legitimū ꝛ filias: ꝛ iō dico tibi. Esce ancilla ꝛc. Et credis q̄ nō audit sara vxorē: certe au-

dit eam: et hꝛ cōpassionē de ea: ꝛ exaudie eā: et indignatio est et querela sua. Pars in ter. q̄ deꝝ dixit abrae. Non tibi videas asperā super puero ꝛ ancilla tua. Omnia q̄ dixerit tibi sara audi vocē eius. Mirū est (inquit Ambrosius.) q̄ deus dixit ade: q̄ obedisti voci vxorū maledicta terra i ope re tuo. et hic dicit dñū ad abraam dicēs. Audi vocē vxoris tue. Cur tā varie? non mirū: q̄ vox vxoris ade puocauit eū ad peccatū. hic vox vxoris abrae vitauit peccatū. Igitur tu qui habes vxorē et ancillā/ audi vocem vxoris tue: quia te reuocat a ꝛctō: q̄ rationabilr̄ tibi loquitur sup̄ iniuriā sacramēto facto que obligat vos ad paria: quia loquitur sup̄ vnitate quam destruis: et de societate politica quā vili pendis: q̄ super oīa deo sunt placibilia. Eccl̄. x. v. In tribus placitū est sp̄i meo q̄ sunt ꝛbata corā deo et hoībus. Eōcorā dia fratru: et amor proximorū: et vir ꝛ mulier bene sibi consentiētes. q̄ rationabilr̄ ter conqueritur de his que das ancille et spurijs: que de iure hereditario sibi pertinent: ꝛ suis et tuis filijs. ꝛ vere dicit tibi Esce ancillam et filiū eius. nō enim erit heres ꝛc.

¶ Ultimo notāda est sentētia apli sup̄ ista historia que est ista. Quomō tñc qui s̄m carnē natus est ꝛsequēbas illum ꝛc. ita ꝛ nñc. Abi nota s̄m Auḡ. q̄ illud qđ in ter. dicitur ludus: hic dicit ꝛ per aplm̄ ꝛ ꝛsecutio. in quo datur: innui et intelligi q̄ planius mūdi semp̄ sunt tibi ꝛsecutio nes: et ꝛpter h̄ hic ludit recū v̄l decipiat te et ꝛsequat te: sicut catus ludit cum mure. Ecce ergo quō nos vincit mundus per fortunā vigoroſam: ꝛ armaturam ꝛpericulosa: et ꝛcautelā dolosa.

Secunda pars.

Sed qđ est hoc q̄ nos

vincimur a mūdo: ꝛ bñ martꝛes vincūt mūdū vel vicerūt mundū. cur tā varie (et est scđa ps̄ sermonis). Rñ. cā est: q̄ nos nō habemꝝ illa arma q̄ habuerūt martꝛes ꝛ mūdū. f. fides: et iō de eis d̄: in the mate. vincit mūdū fides nra. Vera fides ꝛ firma credētia: quā habuerūt martꝛes vincit mūdū: qm̄ s̄m q̄ dicit beatus Auḡ. in s̄mone de b̄o Alincēio. Duplicem armam ꝛducit mūdus ꝛ milites xpi. blādis em̄ v̄l decipiat. terret v̄l frāgat. sequitur:

Cast. 9. huius
ca. 1. m. 1. 1.

Non te terreat ppria volūtas: non te terreat crudelitas aliena: et victus est mundus. Istas duas artes mūdi, s. p̄speritas p̄ quā blandit̄: et aduerſitas per quā terret: vincit ha fides martyriū/et cuiuſlibet fidelis catholici propter duo. Primo qm̄ fides ponit cor tuū infirmū magnū et terribile: et sic voluntatem tollit propriam. Tolle (inquit Berni.) in sermone de septe leprosis. Tolle (inquit) volūtatē ppriā: et infernū non erit. In quē enī ille ignis deſciet nisi in volūtatē ppriā. Credatis mihi q̄ oīa quecūq; fiunt in mundo: siue homicidia: siue latrocinia: siue periuria: siue auaricia: siue luxuria &c. talia fiunt p̄ volūtatē ppriam. et nihil in inferno putatur: nisi volūtas propria: q̄ noluit cum volūtatē de esse cōmunis/qui propriam volūtatē vicēdā offēdit: qm̄ p̄i dixit i periculo mortis. nō mea volūtas: sed tua ſi at. Vera fides ponit gaudiū paradisi inestimabile: et sic facit sustinere crudelitatem alienam. Quid sanctis martyrib; de crudelitate aliena: q̄ sciunt: q̄ non sunt condigne passionē hui; repositis ad futurā gloriā. Ro. viii. sic p̄siderādo gaudiū paradisi: sustinet crudelitatem alienam: sic vincit mūdus: q̄ p̄m Augu. vbi. s. Nō te terreat volūtas ppria: nec te terreat volūtas aliena et vict; est mūdus. Sic martyres vicerunt mūdū per fidē nil volendo ppriū: sed sustinendo p̄ deo martyriū. Tu nō vincis mūdū: sed vincis a mūdo. Quare: q̄ deficiat tibi vera fides de xpo: et tū dicis te xp̄ianū: cū nō habeas fidē de xpo. vt dicit Jobes ap̄s vbi thema et hñ ad p̄positū: et nota bene. Quis est q̄ vincit mundū: nisi q̄ credit qm̄ iesus est filius dei: Tu nō credis fide formatā: q̄ iesus ē filius dei: nō vincis a mūdo: et nō vincis mūdū. Aug. in li. de agone xp̄iano. vbi ex snia Augustini arguo tibi sic. Si tu credis q̄ ihs est filius dei: q̄ credis q̄ oīs p̄fectio in eo fuit: et oīs imp̄fectio ab eo defuit in his q̄ facit: et in opib; q̄ operatus est. sed ipse bñdixit iesus in hoc mundo semp vitauit p̄speritatem: et sustinuit aduerſitatē. sequit̄ igit̄ q̄ sustinere aduerſitatē est p̄fectio: et habere p̄speritatē est imp̄fectio. Sed tu facis totū p̄m q̄ semp in hoc mūdo vis habere p̄speritatem: et nullo mō aduerſitatē. igit̄ tu nō credis per fidē verā et rectā formatā: q̄

iesus est filius dei. Si ergo vincis a mūdo: et nō vincis mūdū ne mirum: q̄ deficiat tibi arma martyriū: q̄ arma fuerunt fides vera et firma credētia de xpo q̄ est filius dei. et illi; exēplo cōtēpserūt mundi p̄speritatē et sustinuerūt ei; aduerſitatē ideo de eis dicit̄ in themate. Vincit mūdū fides nra. Credatis honorabiles dñi q̄ nō alia de cā habet victoriā de nobis mūdus: nisi q̄ nō habemus fidem veram et firmam de christo. nec de spe futuri seculi. Fides enim accipitur tripliciter.

Primo p̄ virtute theologica et illa est crudelitas articuloꝝ fidei. nunc modica est ista fides vel informis est. multi sunt qui resurrectionē nō sperant: nec vitam futuri seculi. Secūdo p̄ virtute politica: et dicit̄ fidelitas. ista modica est. nullū mō alteri seruat fidelitatē: nec p̄r filio: nec domini; seruo: nec viri vrori. et econuerso &c. Tertio p̄ religioe catholica et pro cōgregatione fidelium: que modo istis repositis totaliter inordinata est in clericis: et in laicis: et in religioſis: et in p̄ncipib; et subditis: maxime quantū ad dei reuerentiā et sui nois glorioſi. et ideo habem; deum iratū et p̄m. et immittit nobis flagella dicit: q̄ non habem; fidem: et valde modicam et infirmoꝝ. dicit ap̄s ad hebre. xj. Sine fide ip̄sibile est placere deo. Pro nre igitur vite melioratione/ cum beatis martyrib; intercedēdo p̄cludo et p̄ficio totum sermonē: di. sic. Oipotēs sempiternede; da nobis spei: fidei: et charitatis augmētū: et vt mereamur cōsequi qd̄ p̄mittis: fac nos amare qd̄ p̄cipis. Vic per gratiam: et in futuro per gloriā. Explicit sermo. Deo gratias.

Quod Dominica in octauis pasche siue in albis. Sermo. ij.



De vobis. Jo

hannis. xx. Nostrū thema est vna amabilis saluatoris dicta: et missa diuersis p̄ditionib; p̄sonar; vt pote Personis permanētibus in oratione. Personis laquentib; p̄re tribulatione. Personis existētib; in congregatione. Primo etiā p̄ hoc Tob. xij. Qui eiusq; filii; p̄strati in terra in oratione deuote p̄stiterūt: q̄b; dixit angel; raphael. Pax vob. Nolite timere. Voc mō et p̄pter eandem

(vna mūdus q̄ nō hñt fidē)

Dominica in octavis pasche.

causam fuit salutari daniel sicut legitur
Daniel. ix. r. ca. Ego inquit daniel posui
faciem meam ad dominum meum rogare et deprecari
in ieiunijs in sacco et cinere. Et ecce vir vnus
vestitus lineis apparuit et dixit mihi. No-
li timere vir desideriorum: pax tibi: confortata
re et esto robustus.

¶ Secundo modo r. Isti modo salutari fue-
runt per Ioseph fratres eius ob hanc causam:
quibus languidis pre tribulatione dixit Ioseph.
Pax vobis. nolite timere. Gen. xliij.
Sic salutavit paulus apostolus multos
tribulatos: sicut legitur in epistolis suis.
Gratia vobis et pax.

¶ Tertio r. Sic salutavit christus ap-
stolos in cenaculo congregatos in amore in vnio-
ne et pace dicens eis. Pax vobis. qui sunt verba
a principio sumpta. vbi duo ostenduntur.

Primo totius policie fulcimentum: quia pax.
Secundo amicitie ornamentum: quia
vobis.

Utraque pars:

Primo r. quia secundum Augustinum

xliij. de ciuitate dei. nullum regnum
nulla ciuitas diu durare potest sine tranqui-
litate et pace. Sapienter insert vnus talis ge-
neralis conclusionis apostolus: ergo qui pacem sunt
sectemur. Ro. xliij. Principium medijs huius
quoniam pax est melius bonum quod inueniri possit
in rebus creatis: quod que pacis sunt sectemur
probatur antecedens per beatum Augustinum lib. de ciui-
tate dei. Tale bonum est bonum pacis: vt in rebus
creatis nil gratiosius valeat audiri: nil de-
lectabilius concupisci: nil vtilius possideri.
Secundum medium. discordia generat in populo
iracundiam: et ira turbat animam ne possit cer-
nere verum. ergo qui pacis sunt sectemur. an-
tecedens est notum. et sententia confirmat per illud
apostoli I. Cor. xij. Si fieri poterit: quod ex vobis est:
cum omnibus hominibus pacem habentes. Heb. xij. Pa-
cem sequimini cum omnibus. Tertium medium. per-
curans guerram et impediens pacem: non habet
partem cum deo: quod pax sequenda: guerra fugien-
da. bona est sententia: et probatur auctoritate per illud
Augustini de verbis domini sermone. xij. Qui in pa-
ce non inuenitur fuerit: abdicat a parte: et he-
redas a filio: et alienus fit a spiritu sancto.
Quartum medium. quod non habet decretum regni:
dignum est vt expellat de regno. patet hoc per
multa iura: sed deus princeps pacis: statu-
it in regno suo legem pacis promulgatam

in natiuitate christi per angelos: qui non vi-
uit in pace: vel non seruat pacem ciuitatis
debet expelli. vnde dicitur. Orate pro ea. scilicet pace
ad dominum: quia in pace eius erit pax vestra
Dierum. xxiij. Quintum medium. qui pacem ci-
uitatis sequitur: deo seruit non diabolo: ergo
qui pacis sunt sectemur r. patet sententia: quod me-
lius est deo seruire quam diabolo: quod deus pacem
diligit: et vbi est pax: ibi est deus: diabolo au-
tem guerram discordiam scilicet scismam seminat
inter fratres. Sextum medium. qui non se-
quitur pacem turbat amicos: ergo pax est se-
quenda. patet auctoritate per illud. Vir peccator turba-
bit amicos: et in medio pacem habentium
imitatur inimicitiam. Ecclesi. xviij. Septimum
medium. finis belli pax. quod pax sequenda:
patet quod melior est finis quam ea que sunt ad finem.
auctoritas est Augustini ad bonifacium. Queris pax
et bellum exerceat: sed bellum gerit vt pax
acquirat. esto ergo bellum pacificum vt eos
expugnans ad pacis utilitatem vincendo per-
ducas. Octauum medium. quod pacem sequitur po-
pulus celestis patrie imitatur: ergo pax sequenda.
bona est sequenda. auctoritas verum est per illud
Esaie. Sedebit populus meus pulchritudine
pacis: in requie opulenta. Esa. lxxij. Regnum
dei non est esca et potus: sed iusticia et pax
et gaudium in spiritu sancto. Nonum medium:
optimum in genere motus pax. ergo sequenda.
patet auctoritate per Cassiodorum super psalmum.
Pax vera est hinc concordiam cum bonis
moribus: et litigare cum vitijs. Decimum
medium. regnum diuisum per discordiam desola-
bit. Luc. xij. et in pace venit per dominum dis-
solabitur: ergo pax sequenda. et iuxta dictum
apostoli. Solliciti seruare vnitatem spiritus
in vinculo pacis. Ephe. iij. Vnde de pace
mouent questiones. Prima par quorundam
dis distinguunt. Secunda par quibus bonis at-
tingit. Tertia que pacem habere precipit.
Prima quod r. Rides vnus par vnus modus est
tripler. Pax exterior: temporalis que est am-
icorum. Pax interior: pectoralis que est pfecto-
rum. Pax superior: essentialis que est beatorum.
Prima par r. Ista par temporalis est diuina
qui matrimonio coniungunt. ciuium qui
amicitia vniunt. ois que discordiam nutriunt.
Prima coniungunt magnam bonum in domo que
ter inter coniuges fit pax et concordia. et
stratum grande malum. de ista pace Ecclesi.
xvij. Mulier fortis oblectat virum suum:
et annos vite illius in pace implebit. Quia

lier fort; ad bona opa in regimine domo.
 Mulierē fortem q̄s inueniet. Prouerb.
 vti. oblectat et letificat virū suum: et an-
 nos vite illius in pace, hoc est ad firmam
 plenitudinē pacis implebit. Sc̄da par
 ciuitū de qua Hierem. xix. Querite pacem
 ciuitatis et orate p̄ ea ad dñm: q̄ in pace
 eius erit par v̄ra. Cui alludit illud p̄phe-
 ticum dictū. Rogate q̄ ad pacē sunt hie-
 rusalē. Dicunt naturales q̄ q̄ diu elemē-
 ta in mixto sunt in debita p̄portio: et in
 bona naturali pace: mixtus stat et nō dis-
 soluit. sic moraliter ciuitas seu collegiū
 sine pace diu durare nō p̄t. q̄ regnū, di-
 uisum desolabitur. Apoc. vj. Vidi et ecce
 equus rufus: et sedēti datum est vt sume-
 ret pacē de terra: et vt seinuicē interfice-
 rent. Equus rufus pplus romanus tēpo-
 re neronis impator: qui p̄t dici rufus
 p̄pter incendiū: quia crudelissim⁹ nero ci-
 uitatem romanā incendi fecit: p̄pter q̄d
 populus roman⁹ factus est rufus sedens
 super eū: et ipse nero cui datum est a deo
 p̄missiue vt sumeret: hoc est auferret pacē
 cum de terra: q̄ propter maliciā suā tora-
 ciuitas fuit turbata tpe suo: imo totū im-
 periū romanū turbatū vt se boies inter-
 ficent. q̄ tēpoie suo multi xp̄iani incar-
 cerati et martyrizati sunt: sicut apli Pe-
 trus et paul⁹ et plures alij. Item est par
 generalis oim presidentū et subditoꝝ. ta-
 lis par est mōdo et reipublice valde vtilis
 qm̄ dñi et principes terre in seinuicē ha-
 bent pacem: quia sine pace principum et
 dñorum subditi nequeūt viuere in pace.
 Narrat valerius maxim⁹ lib. iij. q̄ antiq̄
 tus qm̄ alij erāt electi in reges: primo
 pcurabāt pacē inter se si guerra esset etiā
 inter alios propinquos et vicinos: sicut
 valerius ibidē ponit exēplum de multis.
 Per talē pacem ois reipublica auget cō-
 seruatur et refouetur. vñ Cassiodo. super
 ps̄. In hoc em̄ regis gloria extollitur et
 seruat: si in equitate pacis populū diri-
 gat. qm̄q̄ em̄ ad laudē regnantis trahit
 si ab oibus par amet. quid em̄ est q̄d p̄-
 cipem predicet: q̄ quietus populus: con-
 cōta senatus: et tota reipublica mor ho-
 neste vestita. hec Cassiodo. Sc̄da q̄d et
 vbi sciendū q̄ et pace vera multa bona
 oriuntur. nam primo nobilitat gratiose.
 Sc̄do letificat gaudiose. Tertio amplifi-
 cat sumptuose, verificat gloriose: gratifi-

cat amorose: quietat et acceptat viscerose:
 copulat diuisa rigoose. Primo par nobi-
 litat. facit enim hominem filium dei. et
 ista est nobilitas maxime. filius bonus
 imitatur bonum patrē. deus autē pacifi-
 cus est: immo p̄ncipes pacis. ergo paci-
 fici merito possunt dici filij dei. iuxta illud
 Beati pacifici: quoniā filij dei vocabunt
 Matth. v. Sc̄do par letificat. Coloss. ij.
 Par christi exultet in cordib⁹ vestris
 id est par quam xps̄ habuit et mandauit
 exultet. i. exultare vos faciat in cordibus
 non tantū in homine: sed illa de qua Vie-
 remie. ix. Pacem cū amico suo loquit: et
 occulte ponit ei insidias. Tertio par am-
 plificat bona in abūdantia. Fiat par in
 virtute tua: et abundantia et. in psalmo.
 Quietur in diebus eius iusticia et abūda-
 tia pacis. vbi guerra ibi est defectus. vbi
 par abundantia bonoꝝ. Quarto par gra-
 tificat. facit em̄ gratum et dilectum a deo
 atq̄ amabilem: q̄ sicut omne animal diligit
 sibi simile: sic deus qui est multū pa-
 cificus etiā diligit sibi similes. scilz viros
 pacificos. In huius signum dauid vocat
 filiū suū dilectum suū salomonē. hoc est
 pacificū: qui imperauit in diebus pacis:
 et nathā vocauit idida. i. amabilem deo
 ij. Regum. iij. Quinto par quietat. de⁹
 enim per gratiam inhabitat et habitare
 vult in homine quieto per bonā pacem.
 qm̄ in pace factus est locus eius. et i ps̄.
 In pace in idipsum dormiā et requiescā.
 Par em̄ super oia hōsem quietum facit.
 Sexto par et. ipsa em̄ vnit copulat iungit.
 sicut pace factio iungunt familiariter
 qui prius erant diuisi. Unde apostolus.
 ad Ephe. iij. Solliciti seruare vnitatem
 sp̄itus in vinculo pacis. Septimo par
 beatificat et. Ro. xij. Regnū dei nō est
 esca et potus: sed iusticia et par et gaudiū
 in spiritu sancto. Veniat par et quiescat i
 cubiculo suo. Ecclie. lviij. Enumeratis bo-
 nis que facit par: inquirendū est de ma-
 lis que facit guerra: que paci contraria
 tur. quoniam ex guerra sequuntur odia:
 quoniam propter guerram miserrabiles
 homines se odio habēt vsq̄ ad mortem.
 Item sequuntur adulteria: dehoratiōes
 virginum: expoliatiōes pauperū inno-
 centū. quasi totū p̄dus guerra sustineāt
 pauperes innocētes. de nūero nutrientiū
 guerra: aut ipsis mala inferunt ab alijs:

de pace quā debent seruare heretores

mala q̄ sequuntur ex guerra.

Dñica. I. post octa. pasche.

quod est grande malum: aut ipsi mala et
damna inferunt quod est peius. Item in
guerra multi more subitanea cadunt: sic
mala morte et eterna moriunt. Item p guer
ra bona impediunt. Quot elemosyne: q̄t
orationes: quot suffragia: quot ieiunia:
quot misse: quot agricole bellatores effi
ciuntur ppter guerrā: quot pcepta diuina
et ecclie trāsgrediunt p guerrā: quot gulo
sitates cupiditates vanitates, et cōiter sis
naliter q̄ bella gerāt: plura perdunt et va
stāt in guerra q̄ acquirāt vel lucrent. iu
ste dictū est Dissipa gētes q̄ bella volunt.
Tertia q̄stio pposita q̄re pacē habere tē.
Rñdeo ppter mādātū qd̄ immergit: pro
pter exēplū qd̄ onidit: ppter amorē q̄ pfi
cif: propter hospitē q̄ recipit. P̄rio ppter
mādātū. scriptū est. ij. Coz. vliij. Pacē ha
bete: et deus pacis et dilectionis erit vobis
cum. Item veb. xij. Pacē seq̄mini cū omni
bus et sanctimoniā. et Mar. ix. Habete in
vobis sal et pacē habete inter vos. X̄ps di
xit discipulis suis ter. par vobis. ad insti
nuādū q̄ triplicē pacē h̄re debem⁹. in cor
de: in ore: in ope. Secūdo ppter exēplū tē.
X̄ps dedit exēplū de pacē i seipso: qm̄ ip̄e ē
par n̄ra q̄ fecit vtracq̄ vnū. Ephe. ij. Nos
videm⁹ lydera i se pacē nō habētia: suū lo
cū qd̄libet sydas tenere pacificē: et alterū
alteri nō nocere. Deus pacis erit vobiscū.
q̄ sine deo: siue gratia dei: nō est vera pax
solida nec firma: iō mali q̄ deū nō habēt:
nō habēt pacē cū deo: cū primo: nec cū se
ip̄is. q̄ nō est pax impijs. Esa. lviij. Ter
tio pax est habēda ppter amorē. par em̄ ē
m̄ amoris. Nos videm⁹ q̄ illa que nō ha
bēt repugnātia sicut ignis et aqua. si illi q̄
diligūt se in bono inter se habēt pacem et
optime scordāt. scriptū est. Pax multa di
ligētib⁹ legē tuā: et nō est illis scādālū. in
ps. Quarto par ē habēda ppter amorē tē.
Habentes pacē inter se: immo cōueniētia
inter se deus libētē visitat: et cū ip̄is per
gratiā habitat. Nos videmus ad sensum
q̄ qm̄ apes in alueario incipiūt facere mur
mur inter se: signū est q̄ rex apūvult exire
de alueario et intrare ad aliud. sic moraliz
ter x̄ps rex regum exiit fugit discordias et
scālmata: nec vult habitare cum talibus.
Siquidē ipse discordes pacificauit: pacē
faciendo inter deum et hominē: inter ho
minem et hominē: attendēs dictum Se
nece dicētis: q̄ necessarium est habere pa

cem cum hominibus: et litigare cū vitijs.
Dugnemus vt pacem cū hominibus ha
beamus: cuius pacis tē.

Dominica prima post octa
uas pasche. Sermo. j.



Iristus passus

est pro nobis: vobis relin
quēs exemplum. j. Pet. ij.
Reperio in sacra scriptura
q̄ tripliciter aliquis de se
dat et relinquit bonum exemplum alijs:
ac inducit ad faciendum similiter.

Primo si viuit iuste fugiens peccati cor
ruptionem.

Secundo si clare docet doctrinam perti
nentem ad saluationem.

Tertio si fortiter sustinet aduersitatem et
tribulationem.

Prima clausula patz. nam dicit beatus
Diero. in epistola ad heliodorum sic. Fu
re oculi omnium in te dirigūtur: quod fe
ceris: illud faciendum sibi omnes putāt.
hec ille. Et quo patet q̄ facta egregia pie
lati vel principijs et exēpla virtuosā plus
prouocant subditos ad salium imitatio
nem: q̄ mādata vel imperia. Ideo Clau
dianus ad theodosium imperatorem scri
bens sic dicit. Regis ad exemplum totus
componitur orbis. Nec sic flectere sensus
humanos valent dicta: sicut vita regētis.
mobile mutatur semper cū principe vult
gus. hec ille. Ideo antiquitus imperato
res et principes leges ordinabāt sanctas
et iustas: vt exemplo. et vt eorum exēplo
subditi eas obseruarent: ipsi etiam in se
eas tenebant et obseruabant: prout nar
rat Valerius lib. vj. de quodam impera
tore: qui staturat q̄ quicumq̄ in cōsisto
rium veniret accinctus gladio: interfices
retur. et cum quadam die rediret de villa:
intrauit consistorium cum gladio. et quis
dam sibi insinuans vt recederet et gladiū
tolleret: statim p̄uolgladio se interemit.
vt legem quam insituerat: alij exemplo
eius obseruarent illesam. quia vt dicit
leo papa in sermone de ieiunio: validiora
sunt exempla q̄ verba: et plenius docetur
opere q̄ voce. Apparet igitur q̄ ille q̄ vi
uit sancte et iuste et sine peccato dat exem
plum alijs: et inducit eos ad faciendū s̄l̄r.
Exēplū habem⁹ de illo sc̄to iob q̄ vixit san
cte et iuste: sicut d̄r. in. xvij. c. Nō peccauit

apes.

masores debent debent dare exē

et in amaritudinibus moras oculus meus. ideo deus posuit eum nobis in exemplum et speculum ut pari forma vitemus peccata. Unde dicit ipse ibidem. Posuit me quasi in puerum vulgi: et exemplum sum coram eis. Apparet igitur prima clausula.

Secunda clausula sic declarat. non solum enim viuendo sancte et virtuose homo debet proximam ad bonum inducere: quinimo verbo docere et predicare. Et ratio est: quia ex hoc duo valde utilia sequuntur. Primo meritum illi quod docet et predicat: quia predicare est actus virtutis. scilicet misericordie: quia inter spirituales elemosinas computatur: ideo sicut virginibus et maritibus debet aureola: ita etiam prout dicit scriptus Thoma. iiii. fen. illis qui alios informant de pertinentibus ad salutem anime: debetur pro premio et merito aureola et spiritualis corona. Pro consulit cuius nostris beatus Gregorius. x. moralium dei. Exemplo tuo fratrem tuum docere studeas quod oportet et que non oportet: puocans eum ad meliora. hec ille. Quod figuratum fuit Ero. xxviii. ubi legitur quod preccepit dominus ut fumum facerem ut videret tunicam hyacinthinam. i. purpuream: quam intrabat sanctuarium: in qua pedebat tintinnabula aurea et malagranata. Tunica hec significat celestem conversationem. tintinnabula predicacionem. et malagranata opera perfectioris et exempla virtutis: quibus debet ornari verbum dei predicantes. Secundo sequitur magna utilitas audientibus: quia ut dicit beatus Gregorius: scriptura diuinitus inspirata est utilis ad docendum. et bene utilis quia cor induratum peccatis mollicicat et inclinatur ad penitentiam et correctionem. Unde legitur in vitis patrum: cum quidam quereretur ab abbate Johanne de duritia cordis. Respondit. Quid durus lapide? quid mollius aqua? et tamen sepe cadendo lapidem penetrat. sic verbum dei cor durum aperit ad timorem dei. Ex predictis igitur patet quod illi qui docent alios: et dei verbum predicant relinquant et dant eis verbo bonum exemplum et perfectum. Ideo beatus Paulus istud consulit Tito discipulo suo scribens ad Titum. cap. iij. In omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum operum in doctrina. Apparet igitur secunda clausula.

Tertia clausula sic declarat. Nam dicit. beatus Augustinus. de patientia. Patientia hominis est qua mala equo animo toleramus. id est sine perturbatione tristitie ut ad meliora perue-

niamus. Ex quo patet quod tribulationes debemus patienter sustinere: et ad sustinendum exemplum alios inducere: cum labor sit paruum: et remuneratio magna. Et ratio est: quia videmus quod labor paruum et fructus magnus: maxime inclinatur laborantem: et specialiter quando laborator attendit ad honorem suum: quia ut dicit Seneca epistola. lxxvii. generosos animos labor nutrit. laborantem si recules paruum esse posse: non est viri timere sudorem. hec ille. Nos igitur christiani qui honorem non terrenum: sed eternum expectamus: ideo exemplo sanctorum virtuose et cum patientia tribulationes sustinere debemus. ideo scribit Iacobi. v. Exemplum accipite fratres eritis mali: et longanimitatis et laboris et patientie prophetas qui locuti sunt in nomine domini. De hoc habemus exemplum in sacra scriptura. ij. macha. vi. de illo eleazar qui pro obseruatione diuine legis multa tormenta patienter sustinuit: et ultimo interfectus fuit. et dicit ter. Iste quidem hoc modo vita decessit: non solum iuuenibus sed et vniuersae genti memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis dereliquens. Apparet ergo tertia clausula et persequens tota regula assumpta. Modo predicta nostro proposito applicanda: christus qui pro nobis pie ac clementer passus est: per dicta tria perfecte habuit et offendit: sicut dicit beatus Petrus in epistola hodierna. Primo sancte et sine peccato vixit.

Secundo veritatis doctrinam docuit. Tertio patienter omnem tribulationem sustinuit.

Primo dixit quod fuit et vixit sine peccato. Ita dicit beatus Petrus in epistola hodierna. Peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Secundo dixit quod veritatis doctrinam docuit. Matthaeus. xxij. docebat eos de regno dei. et Matthaeus. xxij. scribitur quod iudei dixerunt sibi. Magister scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces. Tertio dixit quod tribulationem patienter sustinuit. ita dicit beatus Petrus in epistola hodierna cum malediceretur non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur. tradebat autem iudicari se iniuste. qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Ex antedictis igitur formetur ratio talis: et concludatur sic thema. Iustus passus est pro nobis: vobis relinquit exemplum. scilicet sancte vixit: exem-

192.
191.
195
polianores

152

Dñica. I. post octa. pasche.

plam sancte doctrine: et exemplū scitē pa-
riētie. In quibus verbis ostēdit beatus
Petrus apostolus duo:

Primo q̄ oēs tenemur deum amare cor-
dialiter. ibi. *Chriſtū* passus est p̄ nobis.
Secūdo q̄ oēs imitatur ad eū imitandus
perfecte seu perseverāter. ibi. *Vobis* re-
linquens exemplum.

Prima pars:

¶ Dixi primo q̄ oēs te-
nemur deū diligere cordialiter: q̄ passus
est pro nobis. nō pro angelis. Ratio est.
videmus manifeste q̄ duabus de causis
aliq̄s tenet et consuevit aliā diligere.
Primo ratione parētie et attrinētie.
Secundo ratione amicitie et benivo-
lentie.

Sic etiam p̄pter ista duo nos tenemur
christū diligere. Causa attrinētie: q̄ ipse
est pater noster vt̄ habetur *Matt̄. xiiij.*
Patrē nolite vocare vobis super terram.
vñus est em̄ pater vester qui in celis est.
et non solum pater: imo etiā frater noster
Frater em̄ ⁊ caro nostra est. *Gene. xxxvii.*
Si em̄ filius naturaliter amat patrem a
quo habet partem corporis: quātomagis
nos amare debem⁹ deum qui corp⁹ ⁊ ani-
mam nostram ex nihilo fecit. vñ *August.*
Diligendus est genitor: sed p̄ponendus
est creator. Et quia timor p̄cedit ex amo-
re: ideo si eū volumus diligenter et finali-
ter diligere: debemus timere eū offende-
re vel contristari. quia em̄ sumus certi q̄
peccauimus: et nescim⁹ si de⁹ nobis pec-
cata remisit: q̄ scribitur *Ecc̄. ix.* nescit
homo vtrū amore an odio dign⁹ sit. *Exē-*
plum in v̄tis patris de quodam sancto pa-
tre: q̄ cum videretur timere in morte: que-
sierāt ab eo fratres an timeret. et ipse re-
spondit in hūc modū. fratres seruavi mā-
data dei iuxta posse meū. sed homo sum
et nescio vtrū placuerūt opera mea deo:
et ideo non sum secur⁹ donec veniam an-
te eum. Apparet ergo qualiter tenemur
deū diligere. vñ *Cassiodorus* super illud
ps̄. Dulcis ⁊ rectus dñs. ita inq̄t. Cū au-
dis q̄ dñs tuus dulcis est: attēde quē di-
ligas. cū audis q̄ rect⁹: attēde quē time-
as: vt̄ amoret timore dei excitatus legem
eius custodias.

¶ Secūdo dixi q̄ tenemur xp̄m diligere
p̄pter beneficia charitat⁹ que nobis ostē-

dit: quia seipsum pro nobis in precū no-
stre redēptionis dedit. vñ *Bernard.* Ecce
dñe q̄ me fecisti: debeo me amori tuo to-
tū. hec ille. Unde videm⁹ manifeste q̄ si-
cut lignū quantūcūq̄ frigidum vel aquo-
sum sit: si apponaf ī fornacem vel cubano
succenditur. sic nec cor est ita tepidū vel
indeuotum: quod si ponatur in fornace
amoris dei: et intueatur quantum in pas-
sione nos amauit: quod non accenda-
tur ad amandū ipsum: et roboret ad susti-
nendū labores et tribulationes p̄ eo. q̄
nihil est qd̄ nos ita animet ad sustinēdas
talia. Vñ in huiusmodi exemplū legit̄ in
historia tripartita q̄ *constantinus* signus
crucis faciebat p̄ferre suo exercitū pro
imperiali signo: vt̄ militib⁹ pugnantibus
robur passionis xp̄i memoria daret. Ideo
dicit beatus *Bern.* super cantica. Sup̄ oia
reddit te mihi amabilem bone iesu calix
passionis quē bibisti: opus nostre redem-
ptionis. hec ille. Apparet ergo q̄ omnes
obligamur xp̄m diligere cordialiter. ⁊ hec
quantū ad primum.

Secūda pars:

¶ Dixi secūdo q̄ oēs imi-
tatur ad ipsum imitandū. cū dicitur:
vobis relinquēs exemplū. *Christus* enim
volens nos dirigere ad vitam eternam ⁊
adducere: viā nobis ostendit non solum
verbo: sed etiā exemplo. *Job. xiiij.* Exēplū
em̄ dedi vobis vt̄ quē admodū ego feci:
ita et vos faciatis. Ostēdit aut̄ nobis du-
plicē viam non solum verbo: sed facto et
exemplo. Vñ humilitatis: et viam chari-
tatis. de primo. Dicitur a me: q̄ mitis su⁹
⁊ humilis corde. *Matt. xj.* ideo bt̄us *Paulus*
ad *Ephē. v. dic.* Ambulate in dilectio-
ne: sicut et xp̄s dilexit nos: et tradidit se
metipsum p̄ nobis. Ideo legit̄ in histo-
ria scholastica. lib. viij. de *Gregorio* na-
zanzeno: q̄ cū vocatus esset apud constā-
tinopolim ad docēdū ecclesiā dei: multa
excellēter docebat sb̄is: plura erēplis ⁊
nihil imparet qd̄ ipse pri⁹ nō faceret. Itē
ibidem de *origene. vj. li. cap. iij.* d̄ q̄ cum
ipse in theologia legeret: dicebatur de eo
hic est ille bonus doctor: qui talem hab⁹
vitā qualem doctrinam: et quale factum
tale verbū. Item de *iulio cesare* q̄ nunq̄
dixit militib⁹ suis. ite. sed venite: eos p̄e-
cedens in strenue agendo. In decretis

origenis

di. in. r. cap. de quibus. ¶ exēpla sancto
rā tam in scripturis q̄ in factis sunt reco:
danda. Sicut exempla peripicaciter re:
cordamini. ij. q. vii. ca. cum pastoris. dicit
Bregio. q̄ vita pastoris in exemplo debet
esse discipulis. q̄ rō sana exemplis est pre:
ponenda. disti. ix. sana. Sana quippe rō
etiam exēplis antepōnda est. Narrat ya:
lerius lib. vi. de theodoro cyreno / cui: cū
lismachus rex iussisset eū crucifigi: rīdit
Terribilis sit hec crux purpuratis tuis:
mea quidē nihil interest humi an sublime
putrescā. vnde. s. machab. xij. legitur de
simone q̄ dixit. Dorū gratia. s. legū r̄ san:
ctoz / perierunt oēs fratres mei. r̄ nūc nō
mihi p̄tingat parere aie mee in omni tē:
pore tribulationis. Dicit plato q̄ ideo fe:
cit deus mundū sensibilem: vt oculus ho:
minis respiciens timeret potentia: reue:
reref sapientia: imitaret bonitatem.

¶ Dominica prima post octauas
pasche. Sermo. ij.



Eccatis mor

tui / iusticie viuamus. s.
Per. ij. c. De numero illoz
qui viuūt r̄ moriunt in pre:
senti vel in alia vita.

Quidam sunt qui viuunt vite.

Quidam sunt qui viuunt morti.

Quidam qui moriuntur morti.

¶ Primo quidā sunt r̄c. Isti sunt qui in
hac vita viuūt in gratia dei: que est vita
aie. Ro. vi. In nouitate vite. i. gratie au:
bulemus. r̄ Johā. x. Ego veni vt vitā ha:
beant. i. gratiā. Tales qui sic viuūt vita
gratie in presenti: si perseverent uiuent
vite eterne. hoc est post istam habebunt
meliorē. de qua Sapien. v. Iusti in per:
petuum uiuent r̄c.

¶ Secūdo sunt quidam qui viuūt mor:
ti. hoc est in peccato mortali: quod pec:
catum morti comparat. Sapien. s. Deus
mortē non fecit. i. peccatus. Et ratio pōt
esse quare cōparatur morti: qz inter pec:
catum r̄ mortem est similitudo. In mor:
te naturali primo corpus distēperat. se:
cūdo corpus infirmat. tertio corpus mo:
ritur. quarto a verbis cōsumit r̄ sepeli:
tur. Talis processus inuenit in peccato.
Nam primo aia distēperat per rētatio:

nem r̄ cogitationē in peccato. Secundo
infirmatur per delectationē concomitan:
tem cogitationē. Tertio aia morit per cō:
sensū delibēratū. Quarto sepelit p̄ opus
et consuetudinē malam. Sic peccatū in:
trat in anima: sicut mors intrat corpus.
Inuidia diaboli p̄tini venit in mundū:
r̄ per peccatū mors. Etia p̄ vnum homi:
nem peccatū in hunc mundū intrauit: et
per peccatū mors. Ro. v. Tales qui viuūt
morti. i. in peccato: moriunt morti. i. pe:
ne eterne: que pena vocatur mors teste
beato Gregorio lib. ix. moral. Volendo
(inquit) modo sit miseris mors sine mor:
te: finis sine fine: defectus sine defectu.
qz hec mors semper viuūt: finis semp in:
cipit: defectus deficere nescit: mors perit:
mit: et non extinguit. dolor cruciat: et
nullatenus furorē fugat. flamma combu:
rit: sed tenebras non excutit. Istas
quattuor differentias viuoz r̄ mortuo:
rum considerans. Pet. apostolus dat vti:
le documētum in verbis assumptis. Pec:
catis mortui / iusticie viuamus. hoc est dī:
ctum / qui moriuntur peccatis: iusticie vi:
uunt. hoc est viuunt vite: cum iusticia s̄
quidē anime vitā. Ergo peccatis mortui /
iusticie viuamus. In quibus verbis duo
ostenduntur.

Primo anime monitio salutaris. peccas
tis mortui.

Secūdo anime exaltatio singularis. iusti
cie viuamus.

De vtroq; prosequendo primo agetur de
vita et postmodū agetur de morte.

Prima pars.

Quantū ad primum.

In scripturis vita multiplex inuenitur:
quoniam est

Vita naturalis animatozei.

Vita mūdialis modice reuicē.

Vita culpabilis r̄ defectuosa.

Vita moralis r̄ fructuosa.

Vita claustralis cum spiritali iocundī:
tate.

Vita eternalis cū firma securitate.

¶ Prima vita naturalis r̄c. Ista diuidit
in tres ptes. vñ quedā creature corporas:
les sunt que viuunt vita vegetatiua: quo:
rum vita est crescere. Istō modo viuunt
omnes plante / et arbozes: in quibus est
anima vegetatiua. Item sunt creature

178

Dñica in octa. pasche.

que viuūt vita vegetatiua et sensitiua/ sic
cur aues et animalia bruta. quedā sunt ani-
malia que viuūt illa duplici vita iā dicta.
etiam viuunt vita rōnali sicut hoīes. et de
ista vita h̄c Deū. ij. Inspirauit in faciē ei⁹
spiraculū vite: et factus est hō in aiām vi-
uentē. Sed p̄t queri quare hoīes in pu-
ima etate diutius uiuebāt q̄ nūc. Rōnes
vide in sermone. sunt nouissima hoīs pe-
iora priozib⁹. dñica. iij. in quadragesima.
¶ Scōda vita mūdialis. talis vita est sicut
pugna militaris: sicut ventus circularis:
sicut fugor vapor maris: sicut punctus li-
near⁹. P̄tio vita ista sicut pugna Job. vij.
Militia est vita hoīs sup terrā. Sup quo
verbo loquit br̄s Ambro. Tantis malis
vita ista repleta est: vt i cōparatione ei⁹/
mors remediū putetur esse: nō pena. Nā
ideo breuē ipam fecit deus: vt molestie
eius: q̄ prosperitate vinci nō poterāt: tē-
poris eriguitate finiretur. Nā dicit sc̄tus
Job. Militia est vita hoīs super terram.
Vita ista militia siue pugna. Si quidē hō
in triplici loco habet existere tripli. In ce-
lo existit in statu leticie: in inferno in sta-
tu tristicie: in mundo in statu militie. In
inimici mūdus caro diaboli cōtinue nos
impugnāt: ergo sobrie iuste et pie viuam⁹
in hoc seculo. ad Titū. ij. Sobrie p̄tra car-
nis voluptatē. iuste cōtra mūdi cupidita-
tē. pie cōtra diaboli potestātē. Item vita
mūdialis est sicut ventus circularis. Iste
vētus circularis seu turbinis: qui rē quā
agitat: quōq; ad magnā distantiā eleuat et
exaltat: sed ille ventus deficit cito et euas-
nescit: et illa res sic agitata a vento: cadit
ad terrā. Sic moraliter iste ventus est vi-
ta presens: que cū tpe arcūfertur. nam de
die trāsit ad noctē: de nocte iterū ad diē:
de mēse ad mēsem: de anno ad annū. Tē-
poralis est ista vita: ideo cū uento tran-
sit. Ehemēto dñe: q; vntus est vita mea. Job
vij. Quōq; accidit q̄ multi p̄secularē puz-
dentia in hac vita in diuitiis et honorib⁹
exaltātur. sed certū est q̄ talis vētus cessa-
bit aliq̄ et satis breuiter. vñ Aug. in ser-
mone de die nouissimo. Necessē ē (inq̄t)
vt moriamur. Pena certa est. pena mor-
tis: hora incerta quā nescimus. Iste vē-
turbinis incert⁹ est: q; nescit quātū dura-
bit: iō eleuati et exaltati ad diuitias et ho-
nores decipiuntur: q; per mortē cito cadūt
ad terrā. de quib⁹ Job. xij. Erunt sicut pa-

lee ante faciē vēti: et sicut fauilla quas dis-
pergit. Itē ista vita sicut vapor: ac. Jaco-
iij. Que est vita v̄ra? Vapor est ad modū
cū parēs: et deinceps exterminabit. Que
est vita: v̄ra: fragilis. labilis est em̄ sicut
vitru pulchrū qd̄ de facili frangitur. Que
est vita v̄stra? R̄ndēc̄ immediate vapor: su-
mus seu nebula trāsitoria: breuis ad mo-
dū vaporis. Defecerunt sicut fumus dies
mei. in ps. Hippocrates in prin. aphoriz⁹
moy. Vita breuis: ars nō longa: tps autē
acut⁹: experimēt⁹ fallar: iudiciū autē diffi-
cile. Deinceps exterminabitur. Iste est fis-
nis vite: qm̄ exterminare est extra termi-
nos vite ponere: quod fit per mortē. Res-
citaf in historia barlaā q̄ quidā hō trās-
iens per quandā siluā fugiebat a faciē cu-
iusdā draconis: et p̄e timore alcēdit quā-
dā arborē: et respiciens subitus vidit foueā
profundā valde: in qua erat draco terribi-
lis. Itē ad radicē arboris vidit duos mu-
res: vnū albū et vnū nigrum: qui cōtinue
radicem arboris corodebāt. In fouea vi-
dit magnū ignē. Cōsideras ergo radicem
arboris: vidit quattuor capita serpētū
radicē arboris consumētia: plerius oculos
eleuās superius: vidit de ramis distillare
modicā mellis: q̄ totaliter oblitus pericu-
lū in quo erat: cepit comedere de illo ro-
re melliflū multū auidē: et subito corro-
sa radice a murib⁹: cecidit in foueā: in os
draconis: et in ignē. Moraliter applican-
do hō in silua est quilibet viuēs i hoc mū-
do maligno. draco seynicornis ipsum in-
sequēs: est mors corpis p̄tinue insequēs:
et finaliter cōprehēdēs ipm̄. mel distillās
est modica delectatio huius mundi. mus
albus est dies: mus niger est nox quibus
vita presens cōtinue consumit. quattuor
capita aspida sunt quattuor q̄itates ele-
mētōz v̄t pote calidū et frigidū humidū et
siccū ex quibus cōponit̄ homo. quid seq̄-
tur: finaliter cū quis delectat̄ mellea dul-
cedine huius mūdi: subito cadit arbor. i.
vita hoīs: et homo cadit in foueā seu bar-
rātū inferni et dānatur. ergo vita vapor
trāstoriz⁹ nimis breuis. Cui alludit illud
Sap. ij. Frigidū est cū redio est tēpus vite
nostre. et sequit̄. Trāsit vita n̄ra tāq̄ ve-
stigiū nubis. vñ Aug. Vita ista dubia vis-
ta incerta erānosa: quā honores tumidat̄
dolores exterminat: ardores excecant: a-
ra morbidat̄: esse infat̄: ieiunia macerat̄

eliores benebam
in in p̄t etate

in serua. 1010

129. 130. 131

in para dita nra

loci soluit: sollicitudo coarctat: securitas
 heberat: diuitie iactat: paupertas denigrit:
 iuuentus erollit: senectus incuruat: infir-
 mitas frangit: meror deprimitt: et post hec
 oia mors interimit: vniuersis gaudijs si-
 ne impones: ita vt cu esse desierit nec fuisse
 putet. ¶ **3^a** Vita ista vt punctus se hz ad
 linea sine pportione. ita magis vita pres-
 sens ad futurā sine pportione: qm ista cū
 sine: futura autē sine fine. De ista vita sic
 postillata loquit sc̄tus Job sui lib. xiiij. c.
 Nō natus de muliere breui viuēs tpe ꝛc.
 Fr̄e Aug. li. solilo. O vita fallax ⁊ ymbra-
 tica: plena laqueis multis: nūc gaudeo:
 statim tristor: nūc vigeo: statim infirmor:
 nunc viuo: statim morior: nunc felix: sta-
 tim miser: nunc rideo: statim fleo: hinc
 tremor: hinc timor: hinc fames: ide sitis:
 hinc calor: hinc frigus: hinc languor: in-
 de dolo: exuberat: subsequitur inopinata
 mors: q̄ mille modis miseris hoies rapit
 et cōcludit: adiuua me fortitudo per quā
 subleuor: succurre mihi virtus p quā susti-
 neor: veni lux p quā video: appare gloria
 per quā gaudeo: appare in quā ⁊ viuam.
 ¶ **4^a** Tertia vita principalis culpabilis ꝛc.
 Ista est vita maloz: vita hoim pctoz: que
 aie multū dē esse periculosa: qm ipsam se-
 quitur periculū mortis. nā de talibz scriptū
 est in ps̄. Descendēt in infernū viuētes.
 Similes sunt totaliter seruitozibz dñoz ⁊
 patrūfamilias qbz de sero daf modicū de
 candela cū quavadāt ad lectū cū lumine.
 accidit q̄ tales fatui seruitozes in vigilan-
 do ⁊ trufando expendunt illā candelā mo-
 dicā: intātū q̄ sine lumine vadūt ad lectū
 et in tenebris. Moraliter p̄familias de
 p̄: qui hoibus seruitozibus suis dat mo-
 dicū de cādela: modicū deuita presenti ac-
 cōmodat ⁊ prestat. s. Eldre. ix. c. Facta est
 depctatio nostra ad dñm deū nostrū: vt di-
 mitterent nobis reliq̄e: et daret par illū
 in loco sc̄to eius: ⁊ illuminaret oculos no-
 stros deꝝ nosster: et daret nobis vitā modi-
 cam. Ista est candela modica data nobis:
 cū qua pergamus ad lectū paradisi: s; nō
 nulli qui istā cādela expēdūt in malis vst-
 bus: vt p̄ote in vitijs ⁊ pctis: intātū q̄ si-
 ne lumine gratie vadūt ad lectū inferni: q̄
 poterāt dicere. In tenebris strauit lectulā
 meū. Job. xvij. Super tales veniet mors
 sup illos: vt descendāt in infernū.

¶ **4^a** Quarta vita moralis grata ⁊ virtuosa:

quā ducunt iusti electi ⁊ boni. Ista vitam
 optabat patriarcha iacob: q̄ dicebat filijs
 suis. Emitte nobis necessaria: vt possim
 viuere. Sc̄n. xliij. In quibus verbis osten-
 dātur tria q̄ requirunt ad istā vitā habē-
 dam et possidendam. vt p̄ote

Morus p̄ueniens. emitte nobis.

Virtus superueniens. necessaria.

Fructus p̄ueniens. vt possim viuere.

¶ **1^a** Prīmū ꝛc. In istis vmpotionibz rēpōali-
 bus mercator: dat qd suū ē: vt accipiat qd
 suū nō est. Sic suo mō qlibet in receptio-
 ne: q̄ est receptio gr̄e: d; facere qd i se est:
 et se disponere quatenꝝ faciat se dignū vt
 deꝝ gratiā sibi infundat offerēdo bonā vo-
 lūtatē: bonū p̄positū. Apoca. iij. Quadeo
 tibi emere a me aurā ignitū p̄batū: vt lo-
 cuples fias. Dispositio em̄ p̄ncipalis i ho-
 mine ad hoc q̄ sit dignꝝ gr̄a: cōsistit i duo-
 bus. In declinare a malo: et in facere bo-
 nū. Cōsistit declinare a malo: in auferens
 do culpā: que cōtrariat gr̄e. nec p̄nt stare
 simul. Nolo morē pctōis: s; magis vt cō-
 neytat ⁊ viuat. Anteq̄ deꝝ infundat gr̄a-
 tiā necesse est q̄ simꝝ mortuū pctō: si iustis
 cie cupimꝝ viuere. ¶ **2^a** Itē requir̄ virtꝝ sup-
 ueniēs: q̄ sequit nobis necessaria. Dicūt
 astrologi q̄ anteq̄ infans dē eē viuat op̄s
 et est necesse q̄ qlibet planeta in suat sup-
 eū p̄ vnū mēsem: ⁊ sic natꝝ septimo mēse
 pōt viuere: p̄ eo q̄ tūc septē planete per
 ordinē fluxerūt. Sic moralr necesse est q̄
 in nobis septē: hoc est vniuersitas virtutū
 op̄erē in nobis anteq̄ infundat vitā gra-
 tie i nobis p̄sertim ⁊ maxime cōpūctio la-
 chrymarū: seruz dilectionis: sacramentū
 refectōis: dulcor deuotiōis: dolor cōpas-
 sionis. Pr̄io necessaria ē cōpūctio lachry-
 marū: dolor interior de pctis: ⁊ vocatꝝ cō-
 tritio. Nemp̄ pisces diu sine aqua viuere
 nō p̄nt. sic hō nō pōt vitā gr̄e obtinere si-
 ne d̄ritione: sine lachrymarū cōpūctioe.

In ps̄. scriptū est. Deꝝ vitā meā annūcia-
 ui tibi: posuisti lachrymas meas in cōspe-
 ctu tuo. Sc̄do necessariꝝ ē seruz dilectio-
 nis. Sine calore nihil naturalr viuere po-
 test. In signū huiꝝ: cor qd est in aiali p̄in-
flebunt accidiosi. flebunt iracūdi. flebunt
inuidi. flebunt superbi. flebunt auari. Pri-
mus numerus guloz: de quo Mat. xliij.
vbi legitur qd fuit dictum illi seruo malo.
Veniet dñs illi serui mali in die qua non
sperat: et hora qua ignorat: et diuidet eū:
partemq; eius ponet cum hypocritis. il-
lic erit fletus et stridor dentium. Secun-
dus fletus luxuriosoz: de quo Mat. xij.
Simile est regnū celozum sagene rē. Per
pisces in aqua intelligūt luxuriosi: qui
viuunt et male: in fluxu carnalium volu-
ptatū: qui mittentur in ignem ibi erit fle-
tus et stridor dentium. Item accidiosi fle-
būt. Mat. xxv. Seruū inuilem ociosum
p̄icie in tenebras exteriores: ibi erit fletus
et stridor dentū. Quarto flebūt cupidi si-
ue auari. Mat. xxij. Amice quō huc intra-
sti nō habēs vestē nuptialē. i. charitatem
que opponit auaricie. at ille obdormit. et
iratus rex tradidit eū tortozibz. i. demoni-
bus q̄ sunt tortozes atarū i infernū q̄ mis-
sus in tenebris exterioribz ibi erit fletus et
stridor dentium. Quinto flebunt iracūdi
Mat. xij. vbi legitur qd inimicū suprema-
uit s; zania. s; zania inimici est iracundia:

et mittet dñs angelos qui colligent de re
gno omnia scandala: et mittent in caminū
ignis ibi erit fletus et stridor: dentium.

Secundo flebūt inuidi. Mar. viij. Filij re
gni. i. iudei et alij inuidi: enicent in tene
bras exteriores: ibi erit fletus et stridor de
tium. Septimo flebūt superbi. Luc. xij.
dicēt mali clausa porta: Dñe aperi nobis
manducavimus corā te et bibimus: et in
plateis nostris docuisti. tunc respōdebit
eis dicens. Nescio vos vnde sitis. Discēdi
te a me oēs operari iniquitatis. ibi erit
fletus et stridor dentium.

Tertia pars.

Tertium principale. lo
cus tertius. iste mūdus vbi est mixtura fle
tus et gaudiij. Siquidē boni in hac vita
fletu lugent atq; tristant de multis.

Primo ex consideratione peccatorū prete
rito:um.

Secūdo ex consideratione quotidianorū
incommodorū.

Tertio ex formidine futuroꝝ malorū.

Quarto ex perditione hoim peccatorū
Quinto ex recordatione passionis christi
dolorū.

¶ Primo plorant boni et. et iste est plora
tus p̄tritionis: de quo sic ploravit dauid
cū dicebat. Lauabo p̄ singulas noctes le
ctū meū: lachrymis meis stratiū meū riga
bo. De isto ploratu siue tristitia loquitur
apls. ij. Cor. vij. Gaudeo q; tristati estis
ad p̄nias. hac de causa fleuit amare br̄s
Petrus ap̄ls: et multi pctōres: qui p̄ tale
ploratū facti sunt iusti et boni: ex quo se
cutū est gaudiū: non solū in hoib; fletib;
bus: sed etiā in angelis: q; gaudiū est an
gelis dei sup vno pctōre p̄nias agēte et.

¶ Secūdo plorat̄ sc̄ri et. et sic plorabat p̄
phera in ps̄. Tora die tristat̄ in gre. qm̄
lumbi mei et. Ob hanc rem plorabat to
bias q; dixit raphaēli. Quale gaudiū mi
hi erit. magis liber mihi flere q; gaudere
q; in tenebris sedeo et lumē celi non vi
deo. Tob. v. ca. ¶ Tertio plorat̄ sancti et.
et talis plorat̄ ex timore procedit: qm̄ ti
ment diuinū iudiciū. timent q; nesciunt
in quo statu sunt. timent q; nesciūt quid
pariat crastin; dies. Itē timent succūbe
re in tērationib;. Item timent quo sine
claudet vltim; dies. ex oib; istis meri
to lachrymarur. vñ ergo fuit dictū aplis.

Plorabit; et flebitis vos. ¶ Quarto plo
rant et. sic amare plorabat br̄s diuici:
qm̄ sp̄alem gratiā dederat sibi de; fendi
p̄ pctōribus. Item br̄a monica flebat p̄
ditionem filij sui Augustini. sic plorabat
Viere. Quis dabit capiti meo aquā: ocu
lis meis fontē lachrymarū: et plorabo die
ac nocte i terfectos filie ppli mei. Viere. ix
¶ Quinto plorat̄ deuoti saltem interido
lores xpi in passione: sic plorabat magda
lena: cui fuit dictum. Mulier qd ploras;
in ps̄. Ad vesperū demorabit̄ fletus: ad
matutinū leticia. vesper; fuit passio: ideo
fletus. matutinū resurrectio id gaudiū
et leticia. Siquidē crux spine clauī lācea
flagella pūgunt corda deuotoꝝ vsq; ad
lachrymarū effusionē. Sed nunqd̄ in tā
to ploratu: in tanto fletu: est mixtū aliqd̄
de gaudio: scriptū est. spe gaudentes: in
tribulationē patiētes. Rom. ij. Nunquid
mulier parturiēs plus gaudet de futura
prole: q; de p̄nī dolore: nūquid scriptum
est: Gaudere cū gaudētib; flere cū flet
tibus. Rom. xij. Nūquid deus in deserto
tribulationis ministravit māna consolā
tionis: imo plus abundant cōsolatōnes
q; tribulationes. Declarata sunt tria sus
perius introducta: et sic plorabitis et flebi
bitis vos: mūdus autē gaudebit. De quo
gaudio ē nūc vidēdū. Nā mūdanti hoies
gaudent de tēporali substantia.

Gaudent alij de exquisita malicia.

Gaudent alij de humana laudatione.

Gaudent alij de subditoꝝ oppressionē.

Gaudēt alij de proximorū aduersitate.

Gaudent alij de fatua vanitate.

¶ Primū gaudiū et. sic gaudebat de tem
poralib; diuitijs ille qui volebat amplia
re horrea sua: sed modicum durauit gau
diū illud: qm̄ illa nocte extictus et male
mortuē. Luc. xij. sic gaudebat diues epu
lo q; induebat purpura et bysso. Luc. xvj.
Et sic multi alij gaudent ad honitū tym
panti: qui ducūt dies suos in bonis: et in
puncto ad iferna descēdūt. Job. xvj. Tale
gaudiū transitorij est: et modicū durat
p̄ eo q; mūdi p̄spitas cito trāsīt. Gaudiū
hypocrite ad instar p̄cti. Job. xx. ¶ Itē
sc̄do gaudēt multi et. sicut gaudēt et le
tant cū malefecerint: et exultāt in rebus
peffimis. Prover. ij. Tales sunt filies il
lis q; ducunt ad paribulū cū fune i collo
et de illo gaudēt. de tali gaudio Ec̄i. xij.

ad vesperū dem
orabit; fletus

D

diues epulo.

denotabz

Qui gaudet iniquitate denotabitur. i. de nota libri vite delebitur. Si laborans ad mortē rideret: reputaretur freneticus. Pctō: mortalis laborat ad mortē aīe. et si gaudet de pctō infans est. Risum reputauit errorem: et gaudio dixi. qd frustra decipis. Eccl̄s. ij. Si talis aduerteret ad dei offensam. ad pcti maculā. pculdubio flieret et nō gauderet neq; rideret. Luce xij. Si cognouisses et tu. non gauderes. Gaudiū est stulto facere stulticiā. p.ouer. xv. Stulticia/gaudiū stulto. Talis q̄ gaudet de pctō suo: est sicut piscis comedens cibū cū hamo: Vt sicut auis comedēs granū cum laq̄. qz tale gaudiū supra modū est fatuū: cum post gaudiū sequat̄ dolor mortis. ¶ Itē tertio multi gaudēt de humana laudatiōe. Tale gaudiū breue est: qz laus impiorū breuis est: et gaudiū hypocrite. Tales q̄ gaudēt: et laudari appetūt de hūitib; et bonis opib; inaniter gaudent: et sunt filies phariseo: q̄ se iactabat de bonis opib;: pp̄ qd de iusto pctō: effectus est. et tales finaliter pfunduntur. ¶ Quarto multi gaudēt sicuti tyranni de opp̄sione subditō: de qb; Abachuc. iij. Exultatio eoz: sicut eius q̄ deuorat paupe: in abscondito. ¶ Quinto sunt nōnulli q̄ de malo et de aduersitate primoz gaudent: qd est dānosum valde. de quo gaudio Hieron. Inuidi in aliena felicitate tristant: et in aliena tristitia gaudent. ¶ Sexto insup multi de honorib; de potestatib; ppter vanitatem: et tale est gaudiū somniatis vanū vacuū trāsitōiū periculosum: qd cito transit in luctū. Nā extrema gaudiū luctū occupat: qz post tale gaudiū sequit̄ dolor in trāsitū mortis: horroz in exitu in hū mūdo. bñ ergo extrema gaudiū etc. Prouer. xij. ¶ Gaudiū mūdi nihil est quantū ad infertionē. quantū ad durationē. quantū ad utilitatē. Primo quātū ad intentionē nihil. qz non est leticia: sed magis infania et tristitia. Sap. xij. Dū letant infantiū. Item nihil quātū ad durationē: qm̄ gaudiū hypocrite ad instar pūcti. Job. xx. Item nihil quātū ad utilitatē: qz extrema gaudiū etc. Sic pōt queri si debem; aliquādo gaudere: Dico qz sic scy de diuinis beneficiis: q̄ sunt multa et magna beneficia. creatio/ incarnatio/ passio/ ascensio/ et magis resurrectio. Aliquādo gaudiū d; esse in nobis hñficiū creatiōis

Baudeamus ergo et exultemus et demus gl̄ias deo. qz de nihilo nos creauit. Apoc. xix. Nam in corpe mirabiliter inspirauit. Magnū hñficiū incarnatio cū natiuitate. nāqd gaudendū de tanto hñficio cum abraam: qui exultauit et gauisus est cū illū in spiritu vidit. Itē gaudendū cū iohāne baptista q̄ exultauit existens in vtero mris sue. Itē gaudendū cū regib; q̄ vident res stellā cōducentē ad locū natiuitatis: gauisū sūt gaudio magno valde. Itē gaudendū cū angelis et pastorib; qb; fuit: alia voce preconizati. Enāgelizo vob; gaudiū magnū. Luc. ij. Itē gaudendū de hñficio passiois: sicut gaudebat abachuc sui lib; cap. ij. Ego in dño gaudebo: et exultabo i deo iesu meo. Ipse siquidē ibs pposito sibi gaudio sustinuit crucē. Heb. xij. Itē gaudere de gl̄iosa resurrectione cum aplis: q̄ gauisū sunt viso dño. Itē de mirabili ascensione: sicut ipse ibs dicebat aplis Si diligere; me gaudere; vtiq;: qz vado ad pres. Job. xij. Itē gaudere etc. de isto Jaco. i. De gaudiū existimate fr̄s cū in varias tētatiōes inciderit;. Per tentationes intelligit̄ tribulationes: de qb; est gaudendū: nō tristandū exēplo aploz: q̄ ibat gaudetes a spectu celij: qm̄ digni habiti sunt pro noie iesu trumelā pati. Actū. v. Didicerant em̄ apli doctrinans xpi dicētis. Vri eritis cū oderint vos homines: et cū exprobrauerint vos: et psecuti vos fuerint: et dixerint oē malū aduersum vos. sequit̄. Gaudeat in illa die et exultate etc. Matt̄. v. et Luc. vf. Tertū gaudere etc. de quo apla Ro. xij. Gaudere cum gaudētib;: flere cū flentibus. Gaudere cū gaudētib;: et gratulādo: flere cū flentibus cōpatiēdo. sicut Job. Flebā quondā sup eo q̄ afflic; erat. Job. xxx. Presertim gaudere hō iustus de pfectu pimi sui sicut de pctōz pnia. de tribulatoz paciētia. de pfectiēdoz pleneratiā. De pmo gaudio. ij. Coz. vij. Baudeo nūc qz tristati estis ad pniām. Et angeli gaudēt de h; gaudiū est angelis etc. De scdo gaudio sic gaudebat mater machabeoz de paciētia filioz imo ipsos ad martyriū atabat. ij. Mach. vij. De tertio gaudio. ij. Job. cap. vnico. Gauisus sum valde: qm̄ inveni de filiis suis ābulātes in vitate. Per ista gaudia ad celi gaudia pducat nos dei mīa. Amē. ¶ Dñica tertia post octa. pasche. Ser. s.

compara

de qd debem; gaudere.

Sermo. I.

XXIII



Et omnis homo

tardus ad loquēdus. Jac. i. Juxta scripture veritatem dantē fidei regulē. Quārū p̄ma est hec

Multū nos oēs quotquot sumus cauere debem⁹ ne deū grauē⁹ vel offendam⁹. Nec regulā declarat tripliciter.

Primo pbatur ratione naturali.

Secōdo doctrina euāgelicali.

Tertio doctrina diuinali.

¶ Primo pbatur ratione naturali. homo em̄ debet vitare pctm̄: ⁊ cito conuerti ad deū: q̄ quāto magis morat̄ homo in peccato: semp̄ addit pctm̄ pctō: ⁊ ita penam pene. q̄ vt dicit Breg. pctm̄ qd̄ p̄ p̄nāz nō diluitur mor suo pōdere ad aliud trahit. hec ille. Et sicut ille q̄ recipit mutuo pecuniam ad vsurā: quāto magis differt soluerē: tantomagis ⁊ plus soluet tpe solutio nis. Sic hō quāto diuit⁹ est in pctā: tanto pl⁹ soluet de pena. Itō apls ad Ro. ij. Scōm duritiā tuā ⁊ cor impēnitēs thesaurizas tibi irā. Et q̄ eiusdē rōnis nō tardare: cōuertē ⁊ esse tardum ad grauandū deū: iō apparet cū ex hoc malū nobis seq̄tur supradictum: q̄ debem⁹ esse tardi ad grauandū deū.

¶ Secōdo pbatur doctrina euāgelica. Mat. x. ⁊ Luc. xij. vbi legit q̄ xps instruit discipulos suos ⁊ nos: ac volens ostēdere q̄ nō debem⁹ deū grauare dic. Timete eū. s. offendere: q̄ pōt ⁊ aiām et cor: p̄ mittere in gehennā. ¶ Tertio de clarat autoritate sacre scripture. Eccli. v. Nō tardes cōuerti ad dūm: nec differas de die in die: qm̄ subito veniet ira illius.

Appet ergo p̄ma ppō. ¶ Secōda ppōsitio est ista q̄ aggrauam⁹ ⁊ offendim⁹ deū p̄ nras malas locutiones: ⁊ linguā nostrā. Et ratio est: q̄ peccatū lingue maxime de tractionis ⁊ infamie: nō solū deū grauāt immo xpm̄ atroci⁹ vulnerat. vñ Bern. ita inquit. Bladius anceps: imo triiceps lingua est detractoris: nec nō h̄mōi linguā ipso etiā mucrone: quo xpi latus cōfossus est: crudeliorē verearis. fodit enim quicūq̄ corpus xpi et membra de mēbro hec ille. Duo igitur sunt declarata.

Primū q̄ summe debem⁹ esse tardi in grauandō deū. Scōm q̄ inter cetēra pctā/ pctm̄ lingue deū grauāt. ergo debem⁹ esse tardi ad irā: p̄out dicit verba thematis

Sit homo tardus ad loquēdū. In quibus verbis duo tangūtur.

Primo q̄ sint qui fugere et vitare debeāt peccatū. omnis homo.

Secōdo q̄ non debem⁹ querere: sed vitare multiloquiū. sit tardus ⁊c.

Prima ⁊ secōda partes.

Quantus ad primum

et scōm insimul/ est sciendum q̄ multiloquiū debem⁹ vitare. Ratio est q̄ sicut gladius illū quē percutit vulnerat diuidens do: sic mala lingua detractoris vulnerat loquentē: et diuidit eū a deo. est etiā causa dissensionis: ⁊ separatōis p̄cordie ⁊ amicitie multoz. Unde sicut terremot⁹ est ali quotiens cā diuisionis ⁊ scissionis terre: et frequētē fit per terremot⁹ diuisio terre a terra: sicut narrat Seneca lib. ij. de naturalib⁹ questionib⁹. q̄ scilicet aliquando hesit apulie: et quicq̄ per terremotum fuit diuisa et mare fluxit in mediū. Simili mō hispania p̄mo hesit africe. Sic modo simililingua maledica cōmouet corda: ⁊ inducit inter amicos et conuersos aliquā discordiam: et ponit inter eos mare. ses amaritudinis et rancoris et odij.

Et hoc est vnus de septem q̄ deus dicitur plus detestari. Prouerb. vj. Virū qui seminat inter fratres discordias. Talis est lingua tertia: de qua Eccli. xxvij. Lingua tertia multos cōmouit et disperdit illos de gente in gentē: ciuitates murtas diuitū destruxit. Cū ergo ex multiloquio tantū malū sequat: apparet q̄ non debemus multū loqui: sed virtuose tacesse. qd̄ patet triplici de causa. naz tria nobis hoc ostendunt.

Primo naturale exēplū et experimentū.

Secōdo humana p̄suetudo ⁊ nutrimentū.

Tertio malū qd̄ eride sequit vt plurimū.

¶ Primo dico q̄ debem⁹ nos parū loqui sicut docet nob natura. vñ dicebat ille dulciz phus. Noui naturā m̄bi aures dedisse duas: sed os vñ. in signū q̄ licz hō audiāt multas iniurias ⁊ offensas: dz tñ cū patiētia sustinere et pauca loqui. Sicut habem⁹ exemplū a pbis paganis lib. de nugis p̄boz: vbi legimus q̄ antiphanes respondit cuidam dicenti. ille maledixit de re. non caro inquit: quia auditus robustior debet esse lingua: cum singulis hominibus sint. singule lingue: sed aur

semultilo

terremot⁹ cā diuisionis terre

tho. 2. 2. 9. 75

quare debem⁹ cauere ne deū ⁊c. offendam⁹

Dñica. III. post octa. pasche.

res bine. Similiter recitat q̄ aristippus cui dā dixit qui maledicebat sibi: vt tu lingue tue: sic et ego aurū mearū dñs sum. q. d. sicut tu potes lingua tua libere loq̄ male: sic ego possum audire aurū sine ira. Et vtrūq̄ religiosi & clerici & alij xpiani habent illā virtutē ita pfecte sicut illi pbi pagani iuxta informationē. ps̄. Prohibe linguā tuā a malo: & labia tua ne loquantur dolū. Sic dauid audies cōceptū micol dicit. Ludār vilio: siā plus q̄ factus sum: & ero humilis i oculis meis. ij. Reg. vj. S̄ qd̄ dolēdū est: multi sunt q̄ sic nō sunt dñi nec aurū nec linguarū suarū: sed habent fel in auret vermē sub lingua. Unde dicit Arist. ij. lib. de animalibus. c. de interioribz animalū habentū sanguinē: vbi dicit. q̄ est quidā ceruus qui grece d̄r abane: q̄ h̄z fel in auricula s̄m opinionem multoz simile felli hoīs in colore. & vt dicit autor: in speculo historiali: illud fel est amarū valde: & causatiū vehementis ire & ferocitatis: & sub lingua ei⁹ est vermis vnus. Ita in p̄posito: multi sunt qui habēt quasi fel i aure: qz sicut fel motū prouocat iras s̄m doctores. sic multi q̄ cito audiunt verbū displicēs vel amarū: statim ad iracundiā prouocātur: & tūc vermis impatiētie sub lingua mouet eos ad verba. ideo quidā versificator dicit. Si potes extingue vitiosus crīmina lingue. Pluribz ossa terit: nec tamē ossa gerit. Exēplo ergo naturali p̄tz q̄ lingua est refrenanda. ¶ Sēdo est refrenanda lingua: vt p̄tz ex more primitiuo. Narrat quintilianus de declamatione sua. xij. q̄ quidā p̄ speciosum filiū tanq̄ incestū cū matre cōmittebat in secreta pre dom⁹: torfit & tormētis occidit. Interrogat eū mater qd̄ ex filio cōperit: nolēte dicere p̄re cōiūctis inuastit eū: & ille nō r̄ndit. et querētī matri cur pater taceret: tūc r̄ndit p̄ silentiū est qd̄ accusat crimē. voluit dicere pater q̄ taciturnitas virtuosa inter virtutes obtinet principatū. & iō rōnabiliter est fiendū. et cōcordat hoc cū Larone q̄ dicit. Virtutē primā esse puto cōpescere liguā. Proximus ille deo q̄ sat rōne tacere. ideo d̄z attendere qui loquit. est em̄ tēpus tacēdi & tēpus loquēdi. vt d̄r Ecc̄s. iij. An ille qui ori suo discretionis custodiā nō apponit: est velut ciuitas absqz muroz ambitu. ita hō qui in loquēdo nō h̄z spiritus suum. glo. si murū silērii nō h̄z: pater iacu

lis inimicorū ciuitas mētis: et dū p verba extra femeripm̄ p̄icit: aperta se aduersario ostēdit. in periculo est em̄ ciuitas cui⁹ semp̄ porta est aperta tpe guerre & in terzra inimicorū sita. Tales sunt illi apud q̄s nullū est silentiū. nullū secretū. nihil celare: nihil abscondere sciūt: aut q̄ audierint aut viderint in publicū referunt: & aliquoties auditis mēdacia miscēt. qz dicit beatus Greg. homel. xij. sup̄ ezechie. Valde difficile est vt q̄ multa loquit nō etiā mentiat. An glo. sup̄ illud Ecc̄s. iij. tps̄ tacēdi r̄c. Vir linguosus amat mēdacia nō caues quid loquatur. ideoqz nō p̄t fieri vt dirigat. q̄ quis igitur vult dirigī magis optet audire q̄ loqui. qz vir linguosus nō dirigit in terra. hec glo. An in hui⁹ eremp̄tū legit. q̄ quidā miles cogitauit q̄ vtro rē sapientē eligeret: et specialiter optauit despondere vnā de filiabus vicini sui: quā magis morigeratā sollicitē exploraret. de niqz explorādo sorores audiuit colloquētes: quarū vnā optauit q̄ ita candidū colliū haberet sicut h̄z cygn⁹ natās i stagno: vt sic a sponso suo futuro amaret. Et alia dicit. certe mallē habere collū longū sicut grues. Et tertia admirando cām quæsiuit at ille dixerūt ei. et tu qd̄ optas: at illa. vt diu deliberē priusq̄ loquar siue p̄ferā. Et tertia idē miles elegit tāq̄ magis moribz aptā. Et sic est moralit̄ inter deū & hoīem: qz homines virtuose refrenātes linguam suā & tacentes discrete deeligit & diligit: sed loquaces deus reprobat & cōtēnit p̄ p̄tervitiū malū lingue. iō Arist. lib. de secretis secretorū ita dicit scribēs alexandro. Decoz et honorificū est in rege abstinere a multiloq̄o nisi necessitas & vtilitas hoc exposcat. melius est em̄ q̄ aures hominū sint s̄tribūdē semp̄ ad eius loquiū: q̄ suis is affatibus saturate: qz saturitas fastidit. Et iō socrates pbs̄ cū qdā ab eo quereret quōd̄ q̄s famā cōpararet: r̄ndit. si fecerit optima: & locutus fuerit pauca. Ex morali ergo cōsuetudine p̄tz q̄ virtuose debemus tacere. ¶ Tertio q̄ debemus virtuose tacere. p̄tz & p̄ba f̄ loquēdi lesura. Narrat em̄ q̄ zenocrates pbs̄ omnibus dicētibz & querētibz cur ipse solus linguā cobiberet: r̄ndit. me inquit aliquando locutum fuisse penituit: tacuisse nūq̄. quasi diceret. q̄ silentiū est hoī vtile et p̄ficiū. Et rō est. dicit pbs̄ in libro de

p̄bo
ex male

p̄ducit p̄ram.

22

p̄b8

Quidam dicit in vobis p̄cedit & p̄cedit

benef^a ade

Exponens

asialibus q̄ serpens q̄dā insidiat̄ hōi dor
 mēti tenēt̄ os aptū r̄ in ip̄m intrat. sed si
 tenuerit os clausum nō pōt intrare. Sic i
 pposito serpens antiquus est diabol̄ q̄ cir
 cūit querēs quē deuoret. insidiat̄ tenenti
 os apertū. i. paratū ad loquēdū: r̄ ip̄m in
 trat q̄ tali aditū exponit. s̄ si inuenerit eū
 tenēre os clausum: nō poterit intrare. vñ
 Ambro. Bon⁹ mutus est q̄ malū loqui ne
 scit: r̄ eius ore malū exire nō nouit. hec
 ille. P̄t̄ ergo q̄ hō d̄s cohibere linguā su
 am a multiloq̄o: q̄ ex hoc nūq̄ pōt hō pe
 nitere. Et ad ppositum est h̄storia plana
 de sc̄do p̄bo: de quo legit̄ q̄ ip̄e ex quadā
 curiositate volēs experiri fragilitatē mu
 lierū p̄ verba attractatua peti matrē pro
 puā ad consensum act⁹ carnalis allerit. r̄
 m̄ audies q̄ fili⁹ su⁹ erat: media crepuit.
 q̄d vidēs p̄b̄ p̄nia ductus: sicut p̄ verba
 peccauit: sic verbo perpetuo abiurauit: et
 semp̄ silētio se ligauit. Vñ p̄t̄ q̄ penituit
 se locutū fuisse: s̄ tacuisse nūq̄. Multilo
 quiū igit̄ et aiām ledit: q̄ in multiloquio
 nō deest p̄ctm̄. Prouer. x. iō dicit Seneca
 epla. lxxv. ad Lucillā. Quicquid summa igit̄
 summarū hec est: tardiloquiū te eē inbeo.
 Multiloquiū ledit famā: q̄ qñ hō plura
 narrat q̄ poterit annotare: vel plura pro
 mittit q̄ poterit dare: vel plura cōminat
 q̄ poterit irrogare: vel plura iactat q̄ po
 terit cōsummare: reputabit̄ finis p̄pati
 cus r̄ insanus. hec ille. Ergo sicut pruden
 tes refrenemus linguas nras: ne loquan
 tur malū: r̄ in laudē dei occupemus cōtri
 nue: et sic faciēdo cōsequemur in p̄senti di
 uinā gratiā: r̄ in futuro eī⁹ gloriā: quā r̄.
 Dñica tertia post octa. pasche. Ser. ij.



It ois hō velox
 ad audiēdū. Jac. s. Deus fe
 cit hominē rectū. Eccl̄s. vii.
 Ista rectitudo co:poraliter
 erat i hoc q̄ respicit sursum

sup̄ aialia alia que prona cōspiciūt. Spi
 ritualiter in hoc q̄ virtus inferior: subieci
 batur rōni: r̄ rō aie: r̄ aia deo in oibus. et
 hoc vocabat̄ originalis iusticia: iusticie r̄
 innocētie status: in quo deus hōi cōtulit
 tria beneficia. videly
 Primum q̄ ab omni malo q̄d respicit cor
 pus: fuit liberatus.
 Secundum ad bonū supernaturale fuit o:
 rinatus.

Tertium q̄ in cognitionem oim rerū fuit
 illuminatus.

**Prīmū p̄t̄ q̄ licet potuisset mori p̄ natu
 rar̄: q̄ cōposuit⁹ er d̄ys: tñ nūq̄ fuisset mor
 tuus: r̄ hoc p̄ gratiā. q̄ infirmitates/ma
 la/quecūq̄ venena/malleivel gladij: r̄ q̄
 cūq̄ possunt pcurare mortē: vitasset viri
 tute innocētie sibi date. r̄ cibū ligni vite
 ppetue habuisset: quo sumpro nūq̄ fame
 aut siti defecisset. Sc̄dm̄ p̄t̄: q̄ ordinabat̄
 ad gloriā eternā: r̄ ad visionē et fruitionē
 diuinā: et ad illā sine morte corpali trāsī
 ser. Fecit deus creaturā rōnalē vt luminū
 bonū intelligeret: itelligēdo amaret: amā
 do possideret r̄. et q̄ habebat illud acq̄
 rere meritis suis: sine difficultate poterat
 operari q̄d cūq̄ bonū. Tertū p̄t̄: q̄ in co
 gnitiōe dei suiret creatur̄: quātū sibi sus
 ficiebat: erat illuminat⁹ s̄m q̄ dicit magi
 ster s̄niāx. Ista hō habuit in statu innocē
 tie r̄ rectitudinis. S̄z ecce q̄ p̄ p̄ctm̄ p̄di
 ctis tribus beneficijs se p̄iuauit.**

Prīmū bñficiū fuit vita absq̄ mortalita
 te. istud perdidit per superbiam. qm̄ ini
 tium ois pcti est superbia. Eccl̄s. x.
 Sc̄dm̄ bñficiū fuit opus absq̄ difficult
 tate. istud p̄didit per pigritiā. fuit piger
 et ponderosus: q̄ corpus q̄d corrupitur
 aggrauat animam. Sapientie. ix. d̄c̄ exē
 plum de falcone.

Tertū bñficiū fuit notiā cū claritate.
 istud bñficiū p̄didit per ignorantiam. Lu
 piēs ergo iacobus q̄ ab his tribus mas
 lis: que p̄ p̄ctm̄ incurrimus: liberemur:
 tria nobis ostendit: videly

Primo ostēdit nobis virtutem humilita
 tis superbiam expellendo et altitudinē:
 ibi. sit omnis homo.

Sc̄do ostēdit nobis aptitudinē gratiosita
 tis difficultatē repellēdo: ibi. velox.

Tertio ostēdit nobis p̄omptitudinē ca
 pacitatis scientiam ministrando: ibi. ad
 audiendum.

Prima pars.

**Dico q̄ beatus iaco
 bus in istis verbis ostēdit nobis r̄. sit ois
 hō. quāsi q̄ dicat multis enicere superbiā:
 cognoscat r̄ itelligat quibet q̄ est hō. qua
 re: q̄ p̄ditio hois e sup̄bie repressua. Pa
 uo vidē arietatē plumaz r̄ pulchritudi
 nē sup̄bit: r̄ rotā cū cauda facit. cōsiderāq̄
 s̄o pedū turpitudinem: ipam deponit. sic**

pauo

dd

Dñica. III. post octa. pasche.

homo superbia. applica sicut scis. Jo iob
 xiiij. Vñ nat? de muliere &c. hō ab humo
 di que est sex elemētōz. Sen. ij. Formauit
 dñs de hominē de limo terre. Alia vt stel
 las de igne. status & v̄tos de aere. pisces
 de aqua: s; hoies & iumēta de terra. Ergo
 hō sic cōsiderāsyllē se inueniet. Eccles. iij.
 Et? est interit? hoim et iumētōz. sequit?
 De terra facta sunt: et in terrā pariter re
 uertunt. Scđo cōsidera vilitatē: q; fragi
 litatē/abilitatē/beni viuēs tpe. penali
 tatē q; replet &c. Nat? de muliere: in qua
 multe fragilitates: & infirmitates. quid hz
 hō fortitudinis q; nat? est de infirmitate:
 nec comedere: nec ambulare: nec aliquid
 virtutis aut fortitudinis hz sicut alia aia
 lia. vide in postilla sup illo Sap. vij. circa
 p̄m. In inuolumētis nutrit? sum/et ma
 gnis curis. nō pōt resistere v̄tō: nō frigo
 ri. Tertio labilitatē: q; breui viuēs tpe. qz
 vita plens fm Aug. nihil aliud est q; cur
 rere ad mortē. imo illa die qua nascit? mo
 rit. q; ois mot? denominat? a termino ad
 quē. et Seneca. Ist ois est cū vita detrahi
 tur. Frāsciscus petrarcha. Nihil alteri vici
 nius q; mors vite: cū distare videant cōti
 nue. Et iō Seneca. Adors iuuenib? est a
 tergo: senib? ante oculos. Bullermus for
 danis de moro: & moro. distāt per /i/ q̄ ē
 lra minima alphabeti. Quarto penalita
 tē. replet? multis miseris. De? facit sicut
 nutrit: q; volēs puerū ab lactare ponit ali
 quā amaritudinem in mamilla. i. in deli
 tijs v̄tū mūdī in quolibet statu: vt sic ab
 eis retrahat. Cōsidera tue cōditionis vili
 tatē: q; es hō: fragilitatē q; nat? de mulie
 re: labilitatē q; breui viuēs tpe: penalita
 tē q; replet? multis miseris. & sic nō sup
 bies p̄virtutē humilitatis. Sed dices qd
 supbis terra & cinis. Eccles. i. ppter hoc di
 xit ps. Sciant gētes qm hoies sunt. sciāt
 id est cognoscāt q; hoc ignorāt. Et nota q
 gnā hoim ignorāt q; hoies sunt. vt q; suā
 diffinitionē ignorāt. Nā qui p̄p̄iā diffini
 tionē alicui? rei ignorāt: ignorāt illā rem:
 q; diffinitio idicat qd est eē rei. fm p̄bm.
 Diffinitio hōis propria hz tres partes
 essentielles. s. aīal/rōnale/et mortale. has
 partes dic. Scđm gen? q; vilissimo pctō
 aiām detur p̄t. & nota quōd aia detur paf:
 et filia vel spōsa xp̄i v̄dit: imago regis in
 lutū projicit. Tertiū q; ips etia res mūda
 nas in q̄bus versantur igno:ant. hic nota

quō tps est mēsurā. etiā quō innumerabi
 les lingue vna hora nascant &c. & oia qui
 de stultis huius mundi dicūtur: prosequere
 vt melius sciueris.

Secunda pars.

¶ Dixi secundo et princi

paliter q; btūs iacobus nobis ostendit se
 cūdā virtutē: per quā recuperamus scđm
 beneficiū qd perdidim? .s. aptitudinē gra
 tiositatis expellēdo difficultatē & pigrītū
 am. iō dicit. sit ois hō velox. Fidelis seru?
 et prudēs quē cōstituit dñs super familiā
 suā: vidēs operarios dñi sui negligentes
 excitat eos ad fortiter operādū. ita hīc iac
 obus. sit ois hō deponēs pigrītā/velox
 Eccles. xxi. In oibus operib? tuis esto ves
 lor. qd maxime dz habere locū in operib?
 p̄nie. Velociter dz ire qñ vadit ad locū p̄
 p̄niū: vbi hz quietē naturalē quā naturali
 ter appetit: maxime qñ est circa finem mo
 tus: q; motus naturalis velocior est in fi
 ne q; in principio. et maxime qñ hz impel
 lens: tūc est velocior. Locum n̄ naturalis
 vbi habem? quietē: est deus. q; fecisti nos
 dñe ad te et inquietum est cor n̄m donec
 quiescat in te. Aug. In loco naturali que
 libet res quiescit. & habem? impellētes. s.
 mala/tribulationes/persecutiones/ & an
 gustias. Mala que nos hic p̄mūt: ad deū
 ire cōpellunt. Bre? et ideo debem? ire ve
 lociter: maxime per opera p̄nie ea nullate
 nus retardādo. Eccles. v. Non tardes puer
 ti ad dñm: & ne differas de die in diem. qz
 deus q; veniā spondit penitenti: diem
 crastinū nō concessit. dic de diluio. Sed
 nota q; diuersitas mediū impedit velocita
 tē motus: sicut tardius mouet aliquid in
 terra: q; in aqua: et tardius in aqua q; in
 aere: sic diuersitas diuitiarū/delictiarum/
 amicitiarum huius mundi.

Tertia pars:

¶ Tertio principaliter

btūs iacobus ostēdit tertiā virtutē p quā
 recuperamus tertium beneficiū. s. p̄p̄i
 tudinē capacitatē scientiā ministrādo: &
 aptitudinem ad audiendū. Vomo p pec
 catū est ignorans: qz ois malus ignorans
 iij. Erbi. et iō in. iij. de aīa. hō est tanq; ta
 bula rasa &c. p̄ocessu tñ tēpōis scientijs
 et virtutibus perficitur: ideo pueri audis
 unt vt addiscāt: et ignorantiam expellit;

Jo di ab humo

Teria huius bno
101-

Laber
fitaib?
fo. 22

mor? nāq;

ideo apłs Jacobus cōtra istā ignozāciam dicit. sit oīs homo velox ad audiēdū. quā si dicat pbs dicat q̄ animalia audiri carētia sunt indisciplinabilia p̄ naturā: sed habentia audita sunt disciplinabilia. q̄ s̄m pbs/auditus est porta intellectus: et iō semper pro doctrina percipiēda excitatur auditus. Venite filij audite me timorē dñi docebo vos. Ps. et Sapiens Proverb. s. Audi filium disciplinā patris tui. et i ps. Audi filia et vide et inclina aurem tuam. Potissimum qđ debemus audire: est verbum dei. et beati qui audiunt verbū dei: et custodiunt illud. Luc. 11. Et iō iacobus in ista met epistola. Estote factores verbi: et nō auditores tm̄. Sed multi sunt sicut serpens qui obturat aurem suam: qñ dēber capi ab incantatore: et alias cooperit cū cauda. Isti sunt ad modū aspīdis surde et obturant aures suas: que nō exaudiet vocē incantantium et venefici incantantis sapiēter. Istorum oratio apud deum execrabilis est. Prover. xxvij. Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Isti nihil habent cū deo ex quo nō audiunt verbum dei. Job. viij. Qui ex deo est: vba dei audit. vos nō auditis: quia ex deo nō estis. **Explicit sermo. Deo gratias.**

Quoniam tertia post octa pasche. Ser. iij.



Manluetudine

ne suscipite inquit verbū quod pōt saluare aīas vestras. Jac. s. Ex tenore istorū verborū elicif manifeste

q̄ verbū dei deuote feminatū et predicatū requirit auditorem bene dispositū ad suscipiendum.

Requit auditorem bene attentū ad proficiendum.

Facit fructū optimū ad saluandum.

Primo istud verbū requirit in auditore dispositionē v̄pote mansuetudinē: ideo in themate. In mansuetudine suscipite. Quis est proprie mansuetus? Rñ deo mansuetus est ille qui nec irrat nec irritatur: nec nocet nec nocere cupit. Glo. super Mat. 12. le d: mansuetus: qui est sine ira: sine vindicta: sine rancore: sine malicia. Qui vult ergo audire verbū dei: abiciat irā/rancorē/vindictā/indignationē: et q̄ sit mansuetus. Eccl. v. Esto mansuetus ad audiēdū verbū

dei. **¶** Hic pōt queri quid est mansuetudo. Aliqui voluerūt dicere q̄ mansuetudo nō est aliud q̄ clementia et refrenatio animi contra vindictā. talis est mansuetudo: vt dicitū est. et Tullius videt dicere hoc idē: qui dicit q̄ clementia est moderantia irarū: et ira est appetitus vindictę. et mansuetus est ille qui nulli facit iniuriā. ipa em̄ moderatur et vindictę quietat appetitum. Sunt enim tres virtutes quasi sorores: que se invicem amplerātur: et sunt sibip̄s multū propinque. s. clementia/modestia/mansuetudo: que mansuetudo est bonorū incrementum: amoris nutrimentum: orationis cōdimentum: gratie ornamentū: glorie complementū. Primo mansuetudo est rē. qui malū conuertit in bonū: iracūdiām in patientiam. seueritatē et crudelitatem in clementiam. sicut p̄t̄ de afluero. Hester. xv. vbi legitur q̄ hester vidit asuerū regē oculis ardentibus terribiliter in aspectu: verū tamen cito deus cōuertit sp̄m regis in mansuetudinē: q̄ de irato factus est mansuetus. vnde Jfido. in solilo. suo. Magna est virtus mansuetudinis si nō ledat qui lesus est: maior autē si etiā lesus remittat. Scđm bonum mansuetudinis/amoris nutrimentū. q̄ sicut inter superbos semper sunt iurgia/discordie/contentiones/et similia: ita p̄ cōtrarium inter mansuetos et mites semper est pax. vnde Auicenna in ethica suis dicit/ q̄ mansueti amabiles sunt. Et Amb. mansuetus homo cordis sui est medicus. ideo apłs Ephe. iij. dicit. Ambuletis (inquit) digne cum omni humilitate/et mansuetudine: cū patientia supportates inuicem in charitate. Et sunt quattuor accepte deo et grate. humilitas/mansuetudo/patientia/charitas. Ambuletis digne cū humilitate et mansuetudine in p̄speris. cū charitate et patientia in aduersis. Tertio principalr mansuetudo ē ofonis cōdimētū. Nos videmus ad sensum/ q̄ hō ira mori: preces nō audit: nec exaudit libēter. vñ Aug. in ser. dñi in mōte. Mansueti sunt ciues mites q̄ cedūt improbitatib: et nō resistūt in maior: vincūt in bono: et cōiter exaudiantur in deprecationib: suis. Judith. ix. Dumiliū et mansuetorū semp tibi dñe placuit deprecatio. Quarto mansuetudo est gr̄e ornāmētū: qm̄ mansuetivir aut nūq̄ odiri p̄t. imo cōiter sunt oīb: gr̄osi. Nos videmus q̄ aialia mansueta sunt filuestrib: digniora:

mansuetudo

Dñica. III. post octa. pasche.

Et valerius maximus narrat de Socrate q̄ ppter m̄suetudinem fuit ab apolline m̄di sapiētissim⁹ reputat⁹. q̄ nec ī vita nec ī morte potuit ab aliq̄ p̄turbari. Altr̄mo m̄suetudo ē glie cōplēmētū. Nā mā sueti hereditabūt terrā. s. viuentium. cui alludit Matth. v. Beati mires: qm̄ ipsi possidebūt terrā. Exurget em̄ dñs in iudicio vt saluos faciat oēs m̄suetos terre. Item dionysius narrat in quadā epla q̄ moyses propter m̄suetudinē dign⁹ fuit q̄ dominus sibi appareret. Ergo cū m̄suetudine suscipite etc.

tur in predicando: sed cū verbū dei auditur: tibi nulla vana gloria est: imo humilitas magna ostēditur. In signū huius maria magdalena sedebat secus pedes dñi: et audiebat verbū illius. et talis est auditor: ex deo: qm̄ qui ex deo est: verba dei audit. Job. viij. Ille autem qui predicat: interdū aliqua vana gloria occupatur: de quo p̄t dici q̄ accepit mercedē suam. vnde prosper de vita contēplatiua. Predicator: nō in verboꝝ splendore: sed ī operā virtute totam predicandi fiduciā ponat: nō vocibus delectet populi clamantibus vel laudatis: sed fletibus: nec plausus in populo studeat spectare: sed gemitū.

spat gladio. 186
ra circa p̄dicatoꝝ
fo. 255. 56.
198.
160 d. 157.

¶ Scdm̄ principale. v̄bū dei req̄rit attentionem auditore. In capitulo vbi thema legitur. Sit oīs homo velox ad audiendum vt pote v̄bū dei. Oīs hō qui vult saluari desse velox feruētis prompt⁹ ad audiēdū v̄bū dei. quātō erit magis v̄bū p̄dicatio nis sc̄tē diligim⁹: r̄ant magis audiri ipm̄ audimus. Tale verbū d̄ diligiti r̄ diligenter audiri: qm̄ tali audire v̄bū dei: r̄ sancte p̄dicationis nō sufficit. imo requirit q̄ in mēte custodiā implēat r̄ practiceat: q̄ forte sunt nōnulli: qui v̄bū sc̄tē p̄dicatio nis predicāt: semināt: r̄ audiunt: nec ipsum custodiūt: et sunt siles formicis: q̄ recondūt grana: sed auferūt illud in quod n̄tus generatiua cōsistit de grano: q̄ p̄t p̄ter ex illis granis nō sequit fruct⁹. Sic moralr̄ illi q̄ p̄dicat vel audiūt v̄bū dei: r̄ nō faciūt: nō reponūt meritū nec fructū: qm̄ auferūt n̄tutē v̄bi fructificādi. q̄ virt⁹ est facere: et ope cōplere. Prover. xix. Qui tm̄ verba secutat: nihil habebit. hoc est p̄dicator seu auditor diuini v̄bi tm̄ si non facit qd̄ audit vel p̄dicat: nihil habebit nihil possidebit: vel auditores h̄nt vagi nam sine gladio. h̄nt florem vl' paleā sine grano. vñ prosper exponēs illud verbum apli Rom. r. Ergo fides ex auditu. loquit p̄ hunc modū. Qui ergo sine p̄dicatione nō audit: sine auditu non credit: sine fide nō intelligit: sine intellectu non bñ agit. verbū dei p̄dicandū est vt audiēs credat: credens intelligat: intelligēs bonū opus perseuerās exerceat. q̄ nec opera sine fide: nec fides sine opibus sola iustificat. Dic p̄t queri qd̄ est simpliciter melius ceteris parib⁹: predicare verbum dei: aut audire: R̄ndetur fm̄ Bedam tuti⁹ in q̄t est vt veritas audiat q̄ predicet. vir em̄ est quin homo q̄licāq̄ iactātia surripia

¶ Tertio principale. verbū dei fructū facit optimū: qd̄ potest saluare animas etc. Quot anime saluare sunt per verbū sancte p̄dicationis: quot in presenti saluātur: innumerabiles. Quid cōseruat fidē in sancta ch̄ustianitate: certe p̄dicatio dei. Quid saluat animas? fides. Qui crediderit et baptizatus fuerit etc. Mar. vlti. vñ August. de verbis domini. Fides catholica peccatores homines saluat: cecos illi luminat: infirmos curat: fideles iustificat: penitētes reparat: martyres coronat etc. Non sine causa apostol⁹ dicebat Timotheo suo discipulo. ij. Timoth. iij. Predica verbum: in sta opportune: importune. Dic sciendū q̄ verbum sancte p̄dicationis in auditore bene disposito et deuoto r̄ij. producit fructus. quia Illuminat per cognitionem. Inflamat per dilectionem. Cōpungit per contritionem. Liquefacit per lamentationē. Pascit p̄ refectionem. Protegit per defensionē. Confortat per cōsolationē. Confirmat p̄ operationem. Sanat per reparationē. Adūdat per abluionem. Beatificat per gratie infusionem. Beatificat per saluationem. ¶ Primo illuminat intellectum persone humane: que licz habeat fidem: efficeretur quasi bestia nisi esset verbum sancte p̄dicationis: qd̄ est lumen nostri intellectus. de quo lumine in ps̄. Lucerna pedibus meis verbū tuum: et lumen semitis meis. Per tale lumen cognoscimus deū: opera dei: et ista que faciunt ad salutem

B

formica.

qd̄ ē meli⁹ p̄dicare v̄bū dei
aut audire.

¶ **I**te istud verbū inflāmat, accendit ignē amoris in deuotis cordib⁹ ⁊ auditoribus quo audito accēdūt ad amorē dei ⁊ primū cū se ignis ardet ⁊ lucens, iuxta illud Eccli. xlvij. Surrexit helias quasi ignis: et verbū ipsū quasi facula ardebat. Idē legit de brō dñico: cuius verbū scē predicatōnis ardebat q̄si facula, in ps̄. Ignitum eloquiū tuū. **¶** **I**te verbū dei cōpūgit ⁊ frequēter deuoti auditores audito atten te verbo scē predicatōnis: cōteruntur et penitent et emēdant vitā suā. Talis pdicatio cōparat malleo cōterētī petras durissimas. Diere. xliij. Nūqd nō verba mea sunt quasi ignis dicit dñs: et quasi malleo cōterēs petras. **¶** Quarto verbū liquefacit ⁊ cōterit. Nūqd interdū verbū scē predicatōnis puocat auditores ad lachrymādum. Emittet verbū suū: ⁊ liquefaciet ea: sicut spūs ei⁹ ⁊ fluēt aque. **¶** Quinto verbū dei reficit mētē auditorū: sicut cib⁹ corporalis reficit corpus. est em̄ verbū dei cibus aīe. Mar. iij. Nō in solo pane uiuit hō: sed in oī verbo ⁊c. est enim panis sapidissimus. **¶** Sexto verbū dei ptegit: ⁊ cōparat gladio. de quo Ephē. vj. Gladiū spūs assumi te q̄ est verbū dei. Istū gladiū fabricauit spāscētūs: qm̄ pdicatorēs uerbi dei loquūtur uirtute spāscētū: q̄ nō uos estis q̄ loq̄mini: spūs prīs uestri ⁊c. Mar. r. **¶** Septimo verbū dei afortat ⁊c. uocat hōm̄ solatiū. Heb. vlti. ⁊ in ps̄. Meino: esto uerbi tui seruo tuo: in quo mihi spē ⁊c. **¶** Octa uoc̄ nono afirmat ⁊ sanat. ps̄. Verbo dñi celi firmati sunt. Sanat verbū salutis uobis missum. Act. xij. **¶** Decimo ⁊ undecimo mūdāt ⁊ gratificat. Fāuos mūdi estis propter sermonē quē locutus sum uobis. Job. xv. Lōmēdo uos deo et uerbo gr̄e ip sius. Act. xx. **¶** Ultimo verbū scē predicatōnis saluat iuxta thema. In mansuetudine ⁊c. Abi notantur duo. Primo doctrinale documētū. insitū hōm̄. Secūdo salutare medicamētū. pōt saluare.

Secunda para.

¶ **Q**uantū ad secūdum

est scēdū q̄ uerbum generaliter in tripli ci differentia reperitur. qm̄ est uerbum eterne generationis. uerbum diuine predicatōnis. uerbum humane prolocutionis. **¶** Primo uerbu dei filij: uerbu prīs ab

eterno genitū: splēdor⁹ ars dei patris. de isto hō loquit Athanasius in altercatōne p̄ arriū per hāc modū. Fili⁹ dei dicitur sensus quo cuncta cogitant: sapiētia qua cogitata disponunt: uirt⁹ qua disposita p̄ficiunt. uerbu quo q̄ p̄fecta nūciantur: lūmē quo nūciata clarecūt. Istud uerbu dicitur insitū ⁊ themate. Rō est: nos uidemus q̄ram? arboris nobilissimū? trāco siluestri ⁊ rustico inserit: ⁊ facit nobilissimū fructū. Sic spūaliter uerbu dei fuit nre carni hu mane insertū p̄ hūdictā icarnationē. ⁊ de hoc Job. s. uerbu caro factū est. uerbum qd fuit in principio apud deū: de quo beatus Greg. li. ij. moral. c. viij. loquitur sub his uerbis. Deo p̄uincū filiū suū in uero uirginis humane nature plūgēs: deū ante secula sibi coeternū fieri uolūt hoīem i se ne tēporū: et quē sine tpe genuit: saluādis hoīb⁹ cū tpe in tpe ostēdit. Nos uidemus q̄ p̄mo aqua iuenis terre secretissimis inuisibiliter generat: ⁊ tādē in fonte recipitur: a quo uisibiliter distillat. Sic hōm̄ dei prīs ab eterno i secreto mētis diuine inuisibiliter cōceptū ⁊ genitū: iuxta illud qd dicitū est. In principio erat uerbu. finalr in se ne seculorū ad fontē mē. hoc est ad beatā uirginē p̄ incarnationē emissum est. Eccli s. Fos sapiētie uerbu dei in excelsis. ⁊ sic p̄ incarnationē fuit hoīb⁹ uisibiliter publicatū. ⁊ tūc fuit uerificata p̄phetia scripta Esa. ij. De sion exiit lex: et uerbum domini de iherusalem.

¶ Secūdo uerbu p̄ncipale est hōm̄ pdicatio nis: de q̄ ad lram in themate. suscipite in situm ⁊c. Sacra scriptura reuelata a spiri tus sc̄to: doctrina sc̄torū: et pdicatio doctorū catholicorū dicunt uerbu dei: qm̄ per tale uerbu dei uolūtātē suā aperit: et nos in credēdis ⁊ operādīs q̄ faciūt ad salutē: instruit ⁊ informat. Et iō sicut edicta regū ⁊ p̄ncipū libēter et cū diligētia audiuntur: ita uerbu scē pdicatio nis: sicut superius fuit dictū. Nos uidemus q̄ aīalia domestica timent ualde leonis rugitū: et aīle uolatū. Sic clamor scē pdicatio nis a deo: uis cū timore dei auditur atq̄ implet. tales in quā uerbu retinent et fructum afferunt. Luc. viij. Istud uerbu est suscipiendū et retinēdum cū patiētia: cōtra multos q̄ uerbu ⁊ correctio nē retinere nec sustinere possunt. Diere. vj. Ecce uerbu dei factum est eis in opprobriū: ⁊ nō suscepit illud

dd ii

quod hōm̄ dicit
inferri



et contrariū debet esse: qz scriptū est Eccles. xij. Verba sapientum quasi stimuli. debēt enī verba scē predicacionis timorē in cuore auditōi: quatenus fe corrigat et emēder: vt dicat deuoꝝ auditōr. A verbis tuis formidauit cor meum. de isto verbo superius multa sunt dicta. ¶ Vt pōt queri quare verbū predicacionis scē vocat verbum dei: Responderetur quia est a deo effectiue.

De deo materialiter.

Secundum deum formaliter.

Propter deum finaliter.

¶ Primo verbū dei: qz est a deo / a spūscō qui est deus. 7 de hoc ppheta in ps. Dñs dedit verbū euāgēlīstāribz virtute multa.

Secō dī: verbū dei: qz est de deo: 7 de opere dei. Esa. lix. Spūs meꝝ qui est in te: et verba mea que posui in ore tuo. Itē est verbū dei: qz fm deū. Luc. v. Preceptor p totā noctem laborātes nihil cepimus: in verbo aut tuo laxabo rete. hoc est fm verbū tuū. Itē verbū dei: qz propter deum finaliter: et propter honorē dei.

¶ Qñ doctor predicat verbū dei: iam loquitur de deo: et corā deo: et totū ordinat ad deū: q̄ dat salutē hominibus propter meritum verbi dei. ergo in mansuetudine suscipite insitū verbū: qđ potest saluare aīas vestras.

¶ Tertiu pncipale verbū humane locutionis. vbi sciēdū qđ dñia magna est inter verbū dei: et verbū hoīm. qm̄ verbum dei lucet semper in veritate. nō sic semper est de verbo hoīm: cū sit scriptū in ps. Est deus verus: oīs homo mendax. de verbo dei Jaco. s. Voluntarie genui nos verbo veritatis. nō sic de verbo multoz hoīm: qui mendacium loquūtur. Prouer. xix. Pnceps qui libēter audit verba mēdaci: omnes ministros habebit impios. Item differt verbū dei a verbo hoīm in mutabilitate. Non est deus quasi homo vt mentiat: nec vt filius hoīs vt mutetur. Nume. xxiij. Celū et terra transibūt: verba autem mea nō trāsibūt. Luc. xij. Itē tertio differunt in virtuositate. qm̄ verbū dei magne virtutis est in sanādo presertim infirmos.

Mat. viij. Dic tñ verbo: et sanabit puer meus. nō sic de verbo multoz hoīm: q̄ potius infirmātur et inficiūtur audītes q̄ sanantur. Sed licz mali habeant mala verba: tñ iusti et boni habebūt bona sicut sunt. verbū dulcis benignitatis: verbum

certe veritatis: verbum prudētis maturitatis: verbū euidentis vtilitatis: verbum consolantis alacritatis. Primū bonū verbum 7c. Eccli. vj. Verbum dulce multiplicat amicos 7 mitigat inimicos. vnde regi Roboā filio salomonis fuit dictū. Si lesnieris populū verbis demētibus: seruiet tibi oī tēpore. et qz nō fecit pdidit regnū. iij. Reg. iij. cr. ij. Paralip. x. Itē verbū bonum certe veritatis. Ecc. xxxvij. Ante oīa opera verbū veraz precedat te. p quaveritate verbi oīata ppheta dauid cum dicebat. Ne auferas de ore meo verbū veritatis vsqz quaqz. in ps. Tertio verbū bonū. Eccli. xx. Sapiēs in verbis seipm̄ amabilē facit. Quarto verbū 7c. verba bona 7 vtilia fuerūt verba cōrionatoris salomonis. Eccli. xij. legitur multas parabolas: si cur ptz in prouerbijs. Itē verbum prudētis maturitatis. Eccli. xx. Sapiens in verbis seipsum amabile facit. Itē verbū euidentis vtilitatis. iam dictū est de contionatore qui q̄sūt verba vtilia. Ultimo verbum 7c. Viere. xv. Factū est mihi verbum tuū in gaudiū: et leticiā cordis mei. Ergo solamini iuicē i hīs istis sup̄noctatiōis.

f. Thessal. iij. cuiꝝ solationis beneficiū.

¶ Dominica tertia post octa. pasche / vel in festo beati marci.

Sermo. iij.

¶ Ado ad euz qui

misti me. Jobis. xvj. Istud thema deducitur de xpo: de bō marco: et de defuncto: De xpo. cū intrinseca est natura: et proprietas naturalis vnicuiqz rei: q̄ quātūcūqz ars / vel s̄uetudo / vel assuefactio / aut nutritio mutet illam: nūq̄ tñ mutatur res taliter quā reuertatur ad suā propriā naturam impedimētis amoris quibuscūqz. Istud declarat Boe. ij. de cōsola. metro. ij. per quattuor exēpla que oīa dicit in metro 7 metrifico. Primū de leone in quadrupedibz. Secūm de aue in volucribz. Tertiu de virga i vegetabilibus. Quartū de sole in celestibus. Primū exēplum est de leone: vbi dicit q̄ quātūcūqz domesticet 7 assuefactione abducat a naturali crudelitate: si alliciatur cruore vel sanguine redit ad eādē. Secūm exēplū

¶ Sermo. iij.

¶ Ado ad euz qui

misti me. Jobis. xvj. Istud


thema deducitur de xpo: de bō marco: et de defuncto: De xpo. cū intrinseca est natura: et proprietas naturalis vnicuiqz rei: q̄ quātūcūqz ars / vel s̄uetudo / vel assuefactio / aut nutritio mutet illam: nūq̄ tñ mutatur res taliter quā reuertatur ad suā propriā naturam impedimētis amoris quibuscūqz. Istud declarat Boe. ij. de cōsola. metro. ij. per quattuor exēpla que oīa dicit in metro 7 metrifico. Primū de leone in quadrupedibz. Secūm de aue in volucribz. Tertiu de virga i vegetabilibus. Quartū de sole in celestibus. Primū exēplum est de leone: vbi dicit q̄ quātūcūqz domesticet 7 assuefactione abducat a naturali crudelitate: si alliciatur cruore vel sanguine redit ad eādē. Secūm exēplū

¶ Sermo. iij.

¶ Ado ad euz qui

misti me. Jobis. xvj. Istud

thema deducitur de xpo: de bō marco: et de defuncto: De xpo. cū intrinseca est natura: et proprietas naturalis vnicuiqz rei: q̄ quātūcūqz ars / vel s̄uetudo / vel assuefactio / aut nutritio mutet illam: nūq̄ tñ mutatur res taliter quā reuertatur ad suā propriā naturam impedimētis amoris quibuscūqz. Istud declarat Boe. ij. de cōsola. metro. ij. per quattuor exēpla que oīa dicit in metro 7 metrifico. Primū de leone in quadrupedibz. Secūm de aue in volucribz. Tertiu de virga i vegetabilibus. Quartū de sole in celestibus. Primū exēplum est de leone: vbi dicit q̄ quātūcūqz domesticet 7 assuefactione abducat a naturali crudelitate: si alliciatur cruore vel sanguine redit ad eādē. Secūm exēplū



est de aue: vbi dicit q̄ quis q̄ preter natura
 ra domesticaf: quātūcūq; delictis hoīm
 foueat: habita oportunitate reuertit ad
 naturalē siluestreitatē. Tertiu exemplum
 de virga/ cuius cacumē si violēter incline
 tur remota violentiā redit ad naturalē re
 ctitudinē. Quartū exēplū est de sole: q̄ va
 dēs per meridie t̄ a quilonē t̄ palios mo
 rus: finaliter reuertitur ad suū ortū. i. ad
 orientē. Et postea docet q̄ idē est genera
 liter in oībus rebz: vñ dicit. Repetūt pro
 prios queq; recursus: redituq; sui singu
 la gaudēt: nec manet vlli tradit̄ ordo: ni
 si qd̄ fini iunxerit ortū. Ad ppositū de xpo
 qui a p̄re trahēs originē t̄ naturā: per no
 stre mortalitatis t̄ penalitatis assumptio
 nē: tāq̄ p̄ quoddā distrahēs t̄ violentum
 etiā alluefactionē t̄ hoīm conuersationē:
 qñ in terris visus est: t̄ cū hoībus conuer
 satus est. Baruch. iij. Alien⁹ quodāmod̄ vi
 sus est: intātū q̄ coequalis et naturaliter
 idē patri: nō solū p̄re: imo angelis minor
 fact⁹: vsq; ad mortē crucis humilians se
 metip̄m. Sed iā nre mortalitatis t̄ passi
 bilitatis veste deposita p̄pter glorificatio
 nē corporis: originē suam reperit. i. ad pa
 trē reuertit vñ exiit. hoc est qd̄ ipse dicit
 in themate. Vado ad eū q̄ misit me. quasi
 qd̄ dicat. ego p̄ violētā penalitatis t̄ mor
 talitatis sui in isto mūdo deueni p̄. xxij.
 annos: nūc ab his liberatus reuerto: ad
 meā propriā originē t̄ naturā. f. ad patrē.
 Et iā a p̄re: t̄ veni in mūdū: iterum relin
 quo mundum: et vado ad patrem. Johā.
 vbi thema. C De beato marco thema sic.
 Legatus fidelis ei qui fecit illum: comple
 ta sua legatione reuertitur de sua legatio
 ne relationem completam faciēdo. patēt
 Tobie. xij. de angelo Raphaelē: qui ad to
 biam missus pro eius curatione: et p̄ ite
 neris filij sui conductione / completa sua
 legatione dicit. Tēp̄ est vt reuertor ad eū
 qui me misit: vos aut̄ t̄. Ad ppositū. de
 p salute hoīs diuersos legatos in mūdū
 misit: etiā a principio mūdū. vñ. Mat. xij.
 Simile est regnū celozūm hominī patri
 familias qui erit p̄tio mane conduce
 re operarios in vineam suam. Conuentio
 ne autem facta t̄. i. misit illos in vineam
 suā. vbi Gregorius q̄ ab abel iusto vsq;
 ad vltimum electum. scilz ad finem mūdū
 t̄. vñ etiā in tpe gratie xpm filiū su
 um. ad Gala. iij. Et vbi venit plenitudo

tpis: misit de filiū suū t̄. Redēptionē mi
 sit dñs populo suo. i. p̄s. Deinde xps misit
 apostolos. Mat. x. Ecce ego mitto vos st
 cut oues in medio lupozum. Et mirabilis
 missio: dicit Bryf. mirum est q̄ oues nō
 sunt comeste a lupis: s; magis mirū est q̄
 in ista missione lupi cōuersi sunt in oues:
 Deinde post apostolos misit p̄s. lxxij. dis
 scipulos: de quibz Luc. x. Designauit dñs
 et alios. lxxij. et misit illos binos ante fa
 ciem suam: in oēm ciuitatem et locum t̄c.
 Isti sunt de quibz p̄phetauit Hierē. xvj.
 Ecce ego mitto eis p̄ficatores multos: dis
 cit dñs: et piscabunt eos. Et post hec mit
 tam eis venatores: et venabunt eos. Dic
 quō ecclesia habuit piscatores. Prios p̄
 dicatores. secūdos venatores. tertios t̄ vl
 timos vindemiatōres. Isti oēs missi p̄
 christum / sunt in multiplici differētia. qz
 quidam fuerūt apostoli: quidā prophete:
 quidam discipuli: quidā euangelistē: qui
 dam pastores: quidā doctores. de quibus
 ad Ephe. iij. qui missi sunt in edificatio
 nem corporis xpi t̄c. De numero euangeli
 starum fuit beatus marcus: qui fuit disci
 pulus beati Petri: t̄ eius filius in baptis
 mo: qui Rome scripsit euāgelijū fm q̄ ab
 ore bti petri audierat: qui missus de Ro
 ma in aquileiā p̄ bti petri: cōstater euāge
 liū qd̄ ab eo didicit: predicauit: t̄ innume
 ras gentes ad fidem xpi conuertit. et euā
 gelium qd̄ manibus suis scripsit: ibidem
 ostēditur. Deinde missus ad alexandriā a
 beato petro: t̄ ibi primus dñi verbū predi
 cavit. mox em̄ vt alexandriā subito calcia
 mentū eius ruptum est ac solutum: quod
 in spiritu intelligēs: ait. Here expeditum
 fecit dominus iter meū: nec me sathanas
 impedire poterit: quem ab operibus mor
 tuis dominus iā absoluit. tradidit namq;
 eum cuidam sutori veterum calciamen
 torum: qui eum reparans sinistram suam
 grauit̄ vulnerauit: factozq; marcus luto
 et sp̄to / manus eius vixit: t̄ cōtinuo sa
 nitatem recepit: qui postea fuit per eū in
talis et passibilis dicitur esse sinistra sim Gre-
goriū super illud Cant. ij. Zeus eius sub
capite meo etc. Quarto cōpleuit motus a
dextris cū immortalitate resurgēdo. tūc
mutatus est de sinistra in dextrā. et hoc si-
guravit angelus qui in resurrectione ap-
paruit in dextera sim Grego. in homeliā
de resurrectione. Quinto cōpleuit motum
deorsum ad limbū descendēdo: q̄ descen-
dit in inferiores partes terre. ad Eph. iij.
Sexto cōpleuit motum sursum ad celos
ascendēdo: de quo thema. et ps. vij. Ele-
uata est magnificentia tua super celos.
Septimo cōpleuit motū in circuitu cir-
culū describēdo. et hoc duobus modis.
Primo in incarnatione in supposito diui-
no vbi coniunguntur alpha et o. finis et pri-
cipium. primū et nouissimū scz natura di-

uina et humana inspiciendo ordinē crea-
tionis. Secundo compleuit circulū hodie in
ascensione qm̄ ab illo puncto a quo exiit
ad illud rediit. vñ ps. xvij. A summo celo
egressio ei⁹: et occurrit ei⁹ vsq̄ etc. et ipse
xps Job. xvi. Exiui a pre et veni in mun-
dum: et iterū relinquo mundum etc. Iste
motus circularis. vel alij mot⁹ nunq̄ fue-
runt ita pleni et perfecti sicut modo fue-
runt per christum.

¶ Dixi secundo q̄ xps impleuit tempus sine
mensura. Nihil em̄ ante xpm̄ poterat ad-
uenire tēporē q̄ temp⁹ impleret. nam q̄c
quid erat in tpe erat minor tēporē: cū oia
corrūperētur per tēpus. sim p̄bm in. iij.
physicoz. oia que sunt in tēporē: corrū-
puntur et tabesunt. per consequens non
implebant tēpus: q̄ min⁹ nō implet mas-
sus. et ideo poete fingerunt saturnū: qui
deuorabat filios suos: fuisse tēp⁹. Venit
christus in hunc mūdum in incarnatōe
qui est etern⁹: per sequeus impleuit tēp⁹:
pus: q̄ eternitas maior est tēporē: cū p̄
cipio et sine careat: et non sit tēpus. hoc
est q̄ dicit ap̄ls ad Galath. iij. At vbi ve-
nit plenitudo tēporis: misit deus filium
suum natū de muliere: factū sub lege etc.

¶ Dixi tertio q̄ xps in aduētū suo i hunc
mūdū impleuit modū deficientē. Nihil
pōt cōsistere sine modo. vñ poeta Horat.
Est modus in rebus sunt certi deniq̄ fines
Quos vltra citraq̄ neq̄ p̄sistere rectum.
In p̄ductōe tū hoīs vel generatione de-
ficiēbat vñ modus sim Anselmū quem
xps adimpleuit. Fuit em̄ vñ modus p̄-
ducendi hoīem sine homine a muliere vt
patet in adā. fuit secūdus modus de hoīe
sine muliere vt patet in eua. fuit tertius de
hoīe et muliere sicut cōmunit p̄bat mo-
dus. deficienter quart⁹. scilicet de muliere sine
homine: istū modū adimpleuit christus
qui natus est de virgine muliere. non ex
virali semine: sed mystico spiramine. Istū
modū reuelauit de⁹ abraē di. q̄ erat mo-
dus quo semen eius perueniret ad celus.
vñ crist⁹ i celo de ei⁹ semine dicit abraē
Gen. xv. Generatione autē quarta reuers-
rent huc. scz ad celum.

¶ Dixi quarto q̄ xps adimpleuit in aduē-
tū suo et ascensione cor indurātū. Nā cor
hoīs erat ante xpi natiuitatē et ascensio-
nē valde obstinatū et durum maxie erga
fidez catholicā. quis em̄ ante credebatur q̄

et plenu sunt
vna

vant vacua an in
ornatione

spes mot⁹

fo. 9

oia corrūpū
in tpe

plenitudo
tempis

modus

et

deus esset incarnatus passus crucifixus et mortuus. Sicut dicit apostolus. 1. Cor. 1. hoc fuit in vobis scandalum gentibus autem stulticia. Et apostolus et omnes christi discipuli tempore passionis christi quando relicto eo omnes fugerunt: omnes perdidit fidem: et fuerunt vacui a fide: sed post christi ascensionem et apostolorum predicatio nem fides ita fuit implera et dilatata et cognitio de deo: quod idolatria fuit per totum mundum extirpata: et fides de christo dilatata quoad in omnem terram exiit sonus eorum. ps. xvij. Tunc ut scribit Esaias. in cap. xj. repleta est terra scientia dei.

¶ Dico quinto et ultimo quod christus adimplevit in sua ascensione locum diruptum. nam quando angeli ceciderunt de celo per peccatum: tunc in celo patuit ruina magna: et sedes angelorum qui ceciderunt vacue res manserunt. Sed christus ascendens in celum captivus duxit captivitatem. scilicet sanctorum animarum patrum qui erant in limbo: et eis sedes vacuas adimplevit. tunc implerum est illud ps. cii. Judicabit in nationibus: implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum. scilicet malorum angelorum. Pater igitur quod christus ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia: quia terra gratia et scientia: celum beati tudine et gloria. Pleni sunt celi et terra gloria tua. Esaias. vi. pro tanto inquit christus Hieronimus. xvij. Celum et terra ego impleo. Sic patet et est finis sermonis: quod hodie christus fecit actum virtuosum: et hoc quod ascendit.

Christus habuit situm gloriosum: et hoc super omnes celos.

Christus dedit fructum copiosum: quia adimplevit omnia.

Et sic explicat sermo.

In die ascensionis domini. Sermo. iij.



Quis ascendit in

celum. Proverb. xv. Tria fundamenta manifesta occurrunt que questionem propositam reddat rationabilem difficilem et subtilem.

Primum gravitas humani corporis pon-

derosa.

Secundum firmitas celi syderei rigorosa. Tertium difficultas spaciosa itineris copiosa.

¶ Primum fundamentum et. Lapis terra et omnia que sunt de terra: quod sunt poderosa: facta naturaliter descendunt. unde et nunquam isto modo ascendunt. Et levia per oppositum naturaliter ascendunt. Locus concordat sacra scriptura ubi dicit. Celum sursum: et terra deorsum. Proverb. xv. Celum sursum: quod leue. terra deorsum: quod grauis et ponderosa. Locus ergo corporis humani sit de terra et per consequens poderosum: rationabiliter queritur quis ascendit in celum secundum corpus?

¶ Secundum principaliter. firmitas et. Narrat astrologi quod materia celorum est sic fortis duris et firma: quod omnes fabri mudi non possunt facere unum foramen in celo quantumcumque minutum cum aliquo instrumento. In cuius signum deus a principio mundi inter opus secundum dicitur vocavit firmamentum celum. Genes. 1. firmamentum a firmitate magna que est in celo.

Locus igitur corpus humanum non possit ascendere usque ad supremum celum nisi penetraverit alios celos: et perforari non possunt sicut est dictum: rationabiliter queritur quis ascendit in celum. ¶ Tertio principaliter et. aliqui doctores et magistri iudeorum presertim Rabi moyses dicit quod a centro terre usque ad supremum celum sunt. lxx. milia annorum de

spacio et de via hac tantum quantum posset ambulare de via plana si tantum viveret: licet nullus ut existimo possit scire illud spacium: nec distantiam illam nisi per revelationem illius qui omnia fecit et posuit in numero poderere et mensura. Ideo querebat sapiens Ecclesiasticus. Altitudinem celi et latitudinem terre: et profundum abyssi que dimensus est: Ecclesiasticus. 5. Altitudo ergo tanta altitudine celi: rationabiliter queritur quis ascendit in celum. Ad istam questionem respondet articulus fidei in symbolo quod christus secundum humanitatem ascendit in celum. ascendit inquit in celum et. Ubi queritur de modo istius ascensus qualis fuerit: et quomodo ascendit. Respondetur.

Non fuit obstruculum: nec aliqua poderositas

Ibi fuit gaudium et in vanda societate.

Paros fuit viagium: et manifesta luminositas

¶ Primo et. quoniam in isto ascensu nullum fuit obstruculum: nullum impedimentum: vitiope non culpa: non pena: non spiritus maligni: quoniam ista

mat. celoz. dur.

firmam a firm.

fo. 36.

In die ascensionis.

tria cōiter impediūt seu retardāt ne quis ascendat in celū. presertim impedit culpa mortalis: que grauat & pōdat supra modū: cuius p̄p̄ius locus est centrū terre. s. infernus d' amnator. vñ de pctōibus scriptū est Exo. xv. Descēderūt in profundum quasi lapis. In huius figurā legi qm̄ qñ moyses voluit ascendere in mōtē vidēs rubū ardentē: audiuit vocē dicēte sibi. Solue calciāmēta de pedibus tuis, Exo. ij. His ergo ascendere in montē dñi: solue calciāmēta. i. derelinque pctā que reddunt aiām pōderosam. In xpo autē nulla culpa fuit nec eē potuit. Nunqd corpus xpi fuit pōderosum cū esset de terra? Rñdetur q̄ nō: qm̄ erat corpus glouificatū: & tale corpus deponit oēm pōderositatē. Item ibi nō fuit pena retardās: qm̄ vbi non est nec fuit culpa: ibi nō est pena. vñ interdū vbi nō ē culpa (licz fuerit) remanet t̄p̄alis pena que retardat aiām separatā a corpe ne statim ascendat. Sed nūquid corpus xpi ascendēs in celū perforauit celos? Rñdēt q̄ nō. q̄ sicut corpus eius natū est clauso vtero sine apertura: sic intrauit ad discipulos clausis ianuis: sic trāsīuit p̄ oēs celos ascendēdo sine quacūq; fractura. Item nō fuit ibi sp̄s malignus impediens ascensum: immo boni angeli associātes christū clamabāt ad demones in caliginoso aere existētes. Iter facite ei q̄ ascendit sup occasum: dñs nomen illi. fugite p̄es aduerse.

¶ Sed quid dicem? de spacio? Rñdeo q̄ tam leue est corpus glouificato trāsire magnū spaciū sicut parū. qd̄ intellige quā rñ ad remotionē fastidij p̄pter dotē agilitatis. ergo verum est q̄ in isto ascensu xpi nec grauitas: nec firmitas celi: nec difficultas spaciū iter fuerūt: nec impedire potuerūt.

¶ Scdo ascendit cū iocūda societate atq; letanter. ibi nanq; fuit digna societas: digna p̄cellio: v̄tpote des p̄ filiū inuitādo. angeli letātē iubilādo. aie serōz patrū se quēdo. apli admirātes aspiciēdo. nubes lucida xpm̄ sustinēdo. Primo deus p̄ rē. sicut hodie cātatur in prosa. Vocat pater filium ad cōsessus solum. vocat di. Ascēde huc. Apoca. iij.

Ascēde ad locū supiorē: q̄ te humiliasti. Ascēde relinquendo locum inferiorē: quem contempnisti.

Ascēde ad requiem: quia multum fideliter laborasti.

Ascēde ad montē vbi est sanitas sine infirmitate. Ascēde ad locum vbi est felicitas sine sterilitate. Ascēde ad patriam: vbi est libertas sine seruitute. Ascēde ad castrum: vbi est securitas sine repugnantia. Ascēde ad celum: vbi est societas sine displicentia. Ascēde ad thronū: vbi est iocunditas sine tristitia.

¶ Itē ibi fuerūt angeli rē. Quis posset cogitare cātica laudā: angelica organa: vos cū armoniā: instrumenta musicalia: iuxta dauidicā p̄phetiā. Ascendit d̄ in iubilatione: & dñs in voce tube. notēs hic de angelis sicut in p̄mo sermone. ¶ Tertio fuerūt ibi aie sanctorū patrū. & quātū ad hoc narrat Solinus de mirabilibus mūdi: q̄ venator intrat secreta cubile cuiusdā serpētis q̄ vocat tigris ipso alibi puagante: et venator idē extrahit catulos de cubili: et tandē serpens ille crudelis veniēs et catulos nō inueniens: sentit odorē catuloz suoz: & insequit venatorē: & aduertēs cautus venator: relinquit in via vnū de catulis illis: & circa illū serpens se occupat ad cubile eū portās: et tūc venator elōgat se a serpente: et sic subito ascendit nauim: secum alios catulos deportādo. Ad p̄positū. crudelis ac venenosus serpens antiquus est diabolus: cubile suū est rotus infern⁹ vbi detinebant catuli aie sanctorū patrū: venator iesus xps q̄ fuit in inferno sicut leo rugiēs in venatione. s. Malcha. iij. Aliquos ibi de catulis reliquit v̄tpote in purgatoz rio: qm̄ venator iste solū intrauit cubile. i. limbū patrū: & oēs inde extraxit: et ascendens in celū secū duxit iuxta dauidicā p̄phetiā. Ascēdes xps in altū captiuam dū rñ captiuitatē. ¶ Quarto in illa processione fuerūt apli ex vna parte dolentes: & ex alia parte admirātes. dolētēs lamentantes: loquētēs serps ascendēti in celū. O magister nr̄: redēpto nr̄: tu relinquis nos ozphanos: desolatos sicut agnos inter lupos. quid faciēt discipuli tui: quis cōsolabit nos: dñe iesu xpe dignēs clemētia tua recordari de nobis. ps. In eternū nō obliuiscaris nos. nō solū lamētabatur: immo etiā admirabatur. vñ angeli qui apparuerūt dixerūt eis. Viri galilei qd̄ admirāti

lor. 9. pin

Ryga

claudat sine gōg
causa rēlo

locū dñas ascen
sēdo

copara

fo. 39

39

fo. 35.

ni aspiciētes in celū? Potuerūt responde
re apli: nos videmus terrā sup celū hodie
eleuatā: humanitatē sup angelos exalta
tā: humanitatē per angelos adorata: hu
manitatē in patris dextera collocatā. me
rito ergo mirabatur. Et reuerſi sunt apli
hierlm in mōre oliuetiybi fuerūt in oratio
ne: nō tū sine timore inimicōꝝ vsqꝫ ad ad
uentū spūſſcti vna cū maria matre iesu et
alijs credētibus licꝫ pancia. ¶ Quinto in
illa pcellione fuit nubes lucida, vnde scri
ptū est. et nubes suscepit eū. nō tū qꝫ indi
geret auxilio nubis: sed ad instituādum qꝫ
ois creatura parata est obedire suo crea
tori. Nēpe stella obediuit qm̄ natus est: re
ges p̄cedendo. sol obediuit qm̄ passus est
eclipseſcndo. mare obediuit solidū sub pe
dibus se p̄bēdo. terra obediuit qm̄ resur
rexit mortū ostēdēdo. nubes obediuit quā
do ascendit christum deponendo.

¶ Tertiu principaliter iste ascēsus fuit pa
tes et manifestus. et potest quadruplex ra
tio ad hoc assignari. vt scꝫ cetus ap̄loy cō
solaret: vt via eūdi ad celū demonstraret:
vt locus beatific⁹ desideraret: vt mundus
iste miserabilis reputaretur. propter ista
ascēdit pandēs iter eis. ¶ Vt hic ops in qui
rere de loco quā ascēdit: et quo actum est
de modo. Locus iste viderur fuisse reue
latus brō iohāni euāgeliste Apoꝫ. iij. vbi
sic legit. Audi ostiū apertū in celo. et ecce
sedes posita erat in celo: et supra sedem se
dēs. et qui sedebat filis erat aspectui lapi
dis iaspidis et sardinis. et in circūitu sedis
viginti quattuor: sedilia vbi sedebāt vigin
ti quattuor seniores: et de throno procede
bāt fulgura voces et tonitrua. et septē lam
pades ardētes. Ostiū celi brōꝝ hodie ap
tū est cū effectu: qm̄ ante clausum fuit p
multoꝝ annoꝝ circula. Nēpe prim⁹ homo
ndā clausit nobis ostiū paradisi: verum se
cūdus adā fuit primus qꝫ aperuit: qm̄ ip̄e
est qui aperit et nemo claudit: ipse claudit
et nemo aperit. Apoca. iij. Ecce dedi ostiū
apertū corā te. ibidē. Vel p ostiū pōt itel
ligi rps qꝫ dicit de se ip̄o. Ego sum ostiū: p
me si qꝫ introierit saluabit. Job. x. Istud
ostiū fuit apertū in cruce: vt p̄ote lat⁹ ei:
quo apto: ip̄o facto fuit apta ianua para
disi. Et ecce sedes posita erat in celo. sedes
ista dextera est dei patris: vbi sedet rps fm̄
diuinitatē et fm̄ humanitatē. Aliter tū et
aliter sedet filius dei in dextera patris. qꝫ fm̄

diuinitatē sedet i dextera: hoc est in equa
litate glie cū p̄re. fm̄ hūanitatē nō sedet
ibi: hoc est in portioib⁹ bonis dei patris.
¶ Vel se det supra sedē. i. supra potissimū bo
nū cuiuscūqꝫ creature angelice vel huma
ne. De isto sedere h̄i i diuersis locis sacre
scripture. In p̄a. Dixit dñs dño meo sede
a dextris meis. Eoloſ. iij. Que surſū sunt
querite: vbi rps est in dextera dei sedēs. s.
in equalitate glie cū p̄re fm̄ diuinitatē: i
bonis nō potioribus fm̄ humanitatem.
¶ Mar. vlti. Assumptus est in celū et sedet
a dextris dei. Itē Heb. s. Sedet ad dexte
rā maiestatis i excelsis. sedet. i. quiescit et
regnat post labores: et post magnā hūmi
liationē. ad dextera maiestatis sicut expo
sitū est. in excelsis. i. sup oīa loca in supre
mo loco. Act. vii. Ecce videt celos aptos:
et iesum stāte a dextris virtutis dei. Et qꝫ
sedebat tē. per iaspidē intelligitur xpi hu
manitas: qm̄ iaspis est rubei coloris. per
sardinē diuinitas: qm̄ sedet tibi vt hō: et se
det ibi vt verus deus. Vt sciēdū qꝫ in scri
ptura sancta per dextera i intelligit p̄speri
tas. per sinistra aduersitas. de vtraqꝫ i cā
ticis cap. ij. Zeua eius sub capite meo: et
dextera illius amplexabit me. Dignū val
de erat ac iusta vt saluatoꝝ nr̄: qui tot an
nis laborauerat. p̄ redēptione: redēseret
in ppetuū i dextera dei patris. vigin
ti quattuor: sedilia sunt sanctoꝝ et beatoꝝ britū
dines: qm̄ in domo dei sunt varie mansio
nes: et p̄ dñs varie britudines. Per vigin
ti quattuor: seniores vbi sunt due duode
ne: per vnā intelligunt sc̄ti de antiquo te
stamēto: et p̄ alia sc̄ti de nouo testamento.
de throno p̄cedebāt fulgura septē. hoc ē
septē p̄SSIONES (p̄ctis nr̄is erigētibus)
de sede diuine maiestatis descendētes: qꝫ
sunt pluuia excessiua. vel siccitas multuz
nocua: guerra vbi ē sanguinis effusio: tē
pestas valida: fructuū terre destructio: bo
noꝝ tēporalū absumptio: fames et notabi
lis caristia: mortalitas et gñalis epidimia.
Itē descendūt de sede dei septē tonitrua.
scilz ros: glacies siue pruina: imber seroti
nus siue pluuia temporanea: nix: grādo:
manna: lux. Ista septena sonat in bonū
nō in malū. Ros humilitatis cōtra super
biā. pruina tranquillitatis cōtra inuidiā.
pluuia pietatis contra auariciā. nix puri
tatis cōtra luxuriā. grādo asperitatis cō
tra gulam. māna charitatis cōtra iracun

fo. 9

fig. 9

ostiu celi

diam. lux claritatis cōtra accidiam. De se
de dei descēdebat septē voces: que sunt cō
minationes cōtra illos q̄ septē opera mīe
nō cōpleuerūt in hac vita & potuerunt: de
quibus Adat. xv. Esuriui & non dedistis
mibi māducare. & ita de alijs ibidē. Et p̄
cedebat septē lāpades que sunt septē sp̄i
ritus. hoc est septē angeli interdū puniēs
do carnalē delectationē. Ben. viij. Inter
dū puniēdo vanā exaltationē. Dan. iij.
Interdū puniēdo tyrannicā oppressionē.
Ero. ix. Interdū puniēdo crudelē persecu
tionē: vt p̄t̄ de helia. Interdū curādo cor
poralē verationē. parer de ezechia. Inter
dū corrigēdo culpe dānationē tpe beati
Dreg. interdū exaudiēdo deuotā depreca
tionē ibidē. Pro prima septena Ben. xij.
vbi legit q̄ pharaō rex egypti vidit septē
vaccas macras q̄ alias septē pingues cō
sumebat totalit̄. De sc̄da septena que so
nat in bonū: Adat. xv. vbi legit de septē
panibus qui in deserto turbā famelicā sa
tiarunt. De tertia septena Apoc. viij. vbi
legit de tubis sonātibz. De quarta Apoc.
xvj. de septē angelis qui tenebant septem
phialas &c. Sequit̄ inuisione q̄ illi vigin
ti quattuor semiores clamabāt sedenti. Di
gnus es dñe deus noster accipere gloriā et
honorē. Magna est gloria iesu xpi ī celo:
qm̄ gl̄ia libani data est ei. Esa. xxxv. Magna
gnus honor: ista die impensus est ei. ille si
quidē q̄ impēdebat duci romano de triū
pho redenti. Legit̄ in historijs romanorū
q̄ p̄nceps exercitus romani cū de trium
pho rediret ad vrbē: ceteri quattuor hono
res exhibebant ei. Primus erat qm̄ pone
bat in curru quē trahēbat quattuor equi
albi. sc̄ds q̄ oēs capti in bello ante currū
illū lerātissime sequebantur. tertius erat q̄
oīs reus quicqd̄ mali fecerat dū tñ posset
curru adherere: indulgētiā obrinebat.
quartus q̄ totus populū romanus ei obs
uiā veniebat. P̄nceps exercitū iesus xps
rex regū. iste qm̄ natus est: mūdū preliatu
rus intrauit: et eisdē in passione cōtra dia
bolū dimicādo castrum inferni obsedit et
possedit cū triūpho nobili: & oēs illius lo
ci violēter. i. sanctos patres secum duxit.
iuxta illud Zacha. ix. Tu autē in sanguine
rest. mēti tui eduxisti (als emisisti) victos
de lacu in quo non erat aqua. Iste victor
positus est in curru gloriificato in resurre
ctione: quem traxerunt quattuor equi al

bi. i. quattuor dotes corporis gloriificati.
figurat̄ iste curru / curru helie cū equis
igneis in quo terrefre paradisiū d̄: ascē
disse. iij. Reg. ij. captiui sancti p̄res secu
ti sunt in ascensione currū istum: adheren
tes sibi per fidē: miam et indulgētiā me
ruerūt. deinde totus cet̄ angelicus tanq̄
triumphatori obuiam sibi venit. Dignus
est ergo accipere gloriā et honorem. Lu
ius glorie participes nos faciat ille san
ctissimus &c.

In festo ascensionis.

Sermo. v2



Accipietis virtu

tē sp̄s sancti. Act. i. c. Pro
bata experientia semp̄ doz
cet docuit et docebit: qm̄
Persona desolata indiget

consolatione.

Persona debilitata indiget cōfortatione.
Persona male docta indiget iformatiōe.
Et quia ista sunt manifesta: circa hoc non
est insistendum.

Prima pars.

¶ Sed ad propositum

post ascensionem iesu xpi in celū. i. sup̄ oēs
celos / eiusdem sc̄i apli et oēs credētes re
māserūt desolati sine illo cōsolatore. ideo
xpo adhuc presente cū eis / lamētando lo
quebatur cū eo per hūc modū. O rex glo
rie dñe virtutū creator n̄ atq̄ redemptor
tu vis nos relquere: tu vis recedere a no
bis: tu vadis in regionē lōginquā accipe
re regnū: quid facient discipuli tui? qd̄ fa
ciet pauperrima schola magro absente?
quis cōsolabit nos dñe iesu? tu dixisti no
bis. Plorabit̄ & flebit̄ vos: mūdus au
tē gaudebit. tu dixisti nobis. persequem̄
ni de ciuitate in ciuitate: et eritis odio oī
bus. tu dixisti nobis. pressurā habebitis ī
mundo. tu dixisti nobis q̄ remanebim̄: te
absente sicut remanent agni inter lupos
quid igit̄ faciemus: ones sine pastore: si
ly sine patre: discipuli sine magistro? Ad
istā querelā r̄idet magister virtutū xps.
Accipietis virtutē sp̄s sancti. Ego inq̄t re
cordabor de vobis: et ego rogabo patrem
de vobis: et aliū paraclitū: & consolatorē
dabit vobis. Talis est propriet̄as spiritus
sancti cōsolari in tribulatione. tū respō
derunt illi. Die facti sumus sicut solati:

Secunda pars.

historia
moro 22

mor fo. 9

fo 35

fo 39

¶ **Secundo remanebāt**

debilitati cū modica virtute nondū cōsolari et cōfirmati virtute ex alto. Tu dixisti inquit q̄ nos videbimus et audiem⁹ prelia et seditiones. nos sustinebimus martyria et crudeles passiones. deficiat nobis virtus. quid faciet petrus princeps nr̄ et andreas frater ei⁹ q̄n videbit crucē paratā. et vnus suspēdetur versus pedib⁹: et alius ex transuerso: q̄d faciet maior iacobus q̄n gladiū herodis videbit sine mīa paratum ad decollādū: q̄d faciet euāgelista iohannes vidēs doliū feruētē oleo plēnū in q̄o iactabif totus nudus: q̄d iacobus minor q̄n videbit particā fullonis cū qua excerebrabit torū caput: q̄d bartholome⁹ vidēs gladiū cū quo excoriabit totus viuus: q̄d faciem⁹ q̄n eijciemur de synagoga in quibus flagellabimur cum non odosis corrigiis vsq; ad ossa: q̄d faciet collegiū tuū: q̄d faciet fratres tui quos relinqs sine virtute: Respondet xps accipietis virtutem spiritus sancti. Ista est virtus

Celica infuriosa.

Ænea conuersiua.

Ærea receptiua.

Æquea mundatiua.

Terrea pullulatiua.

¶ Prima virtus est celica que integrat ex quodā numero septenario s̄m numerū seprem planetarū que sunt septe dona spiritus sancti: de quibus ad litterā Esa. vii. Spiritus sapiētie et intellectus spūs cōsiliij et fortitudinis spūs scientie et pietatis: et replebit eū spūs timoris dñi. Virtutē istoy accipietis. Spūs sapiētie sapidus respectu supernoy: q̄ docet celestia. spūs intellectus lucidus respectu credēdorū: p̄ que credenda intelligimus. spūs fortitudinis validus respectu tormentoy: qui facit patienter sustinere tormenta. spūs cōsiliij prouidus respectu futuroy: q̄ facit prouidēre futura. spūs scientie placidus respectu oblioy: per que oblita reminiscuntur. spiritus pietatis calidus respectu egenoy: qui calefacit aīam p̄ opera pietatis. spūs timoris dñi splēdidus respectu agēdorū: qui facit declinare a malo et eligere bonū. Ista virtutem spiritus sancti cā septe donis accipietis. et poterit dici. Verbo dñi celi firmati sunt. i. apostoli firmati sunt: et spūs oris eius oris virtus eoy. ¶ Secūdo ac-

cipietis virtutem igneā: que virtus est cōuersiua: et istam in numero nouenario: in quo numero apostolos enumerat gratias gratis datas in epistola. s. ad Cor. iij. Nēpe apostoli per virtutem spiritus sancti totum mundum conuenerunt ad fidē: et acciperunt a spiritu sancto nouē gratias cōtra nouē resistētias quas inuenerunt in mūdo a diabolo preparatas. vt pote inuenerunt philosophoy ingenia: persecutoroy colloquia: poetarum fictitia: incantatoroy ludibria: increduloy obstinata precorū dia: astronomoy presagia: phantastoy dubia: hereticoy precipitia: populoy diuersa idiomata. Contra primam ista die receperūt apostoli infusione diuine gratie que est gratia gratis data. s. sermōne sapientie. contra sc̄dm sermōne eloquētie: cōtra tertiu fidem veridicā: cōtra quartū operationē euāgelicā: cōtra quintum sacramētoy gratiam: cōtra sextū philosophiam scientificā: contra septimū interpretationem somniy: cōtra octauam discretionē spirituum: cōtra nonū gratiā linguarū. Ista ignee virtuti nihil resistere potuit. Adgnas ergo dñs spūs sanctus: et magna virtus eius. in ps̄. ¶ Item accipietis virtutē æream receptiua in numero octonario. vt pote accipietis celestium octo impressiones: que in euāgelio beatorū nuncupantur. Nēpe accipietis pauperiem/ esuriam/ duriciam/ temperiem/ misericordiam/ mundiciam/ conuerciam. Pro primo beati pauperes spiritus. pro secūdo beati qui nunc elurient. p̄ tertio beati qui nunc persecutionem tē. pro quarto bñi mites. pro quinto bñi q̄ lugēt. pro sexto beati misericordes. pro septimo beati mundo corde. pro vltimo beati pacifici. Ista virtus obumbravit beatam virginem mariam. virtus altissimi obumbrabit tibi. Luce cap. s. ¶ Item accipietis virtutem aqueam tē. in numero quaternario. Ista virtus est gratia dei: que diuiditur in quattuor capita. quonia est gratia proueniens: gratia concomitans: gratia pficiēs: grā stabilis. Prima h̄z op⁹ viuaciter puenire. Secūda h̄z op⁹ velociter expe dire. Tertia h̄z vtiliter p̄munit. Quarta h̄z feliciter stabilire. Optimū ē grā stabilire cor. Heb. xiiij. Exaltātes dñm replimini virtute. Eccl. xliij. ¶ Itē accipietis virtutē terrea: q̄ pullulare facit. istā accipietis in

ff ij

In die ascensionis.

numero duodenario: qm̄ duodecim sunt fructi sp̄s sancti. Abi sciendū q̄ de nūe: ro fructuū quos p̄ducit terra: sunt i mul tiplici differētia: aliqui sunt calidi: aliqui frigidī: aliqui stiptici: aliqui acidi: aliqui placidi: aliqui amari: aliqui h̄nt virozē: aliqui candore: aliqui sunt aridi: aliq̄ hu midī: aliqui h̄nt nigredinē: aliqui vigore tāles fructi p̄ducit sp̄s sanctus q̄s experti sunt apli. Si q̄d̄ expti sūt apli fructū calidū q̄ ē charitas: fructū frigidū q̄ est par fructū h̄ridū q̄ est gaudiū: fructū aridū q̄ est p̄nētia: fructū acidū q̄ ē benignitas fructū placidū q̄ ē bonitas: fructū stipticū q̄ est lōganimitas: fructū amarū q̄ est patiētia: fructū habentē virozem qui est māuerudo: fructū habentē vigozē. i. mū dīciam: fructū habentē candozē qui est fi des: fructū habentē liuozē siue nigredinē qui est abstīnētia. Ficus et vinea dederūt virtutē suā. Jobel. ij. Si modo estis debiles et infirmi: accipietis virtutē sp̄s sancti que valebit ad infirmoz sanationē: ad de monioz de corporibus expulsiōē. ad to lerandū martyriū et duram passiōē.

Tertia pars.

¶ Tertiu p̄cipale. per

sona male docta indiget informatiōe. vñ apli ad xpm̄. Tu dixisti. tu p̄cepisti. Tre docete omnes gentes baptizātes eos &c. Tu dixisti. euntes in mūdum vniuersum predicare euāgeliiū oī creature. Non habemus scientiā: neq̄ eloquētiā. viā igno ramus. non intelligēt nos: nec intelligemus eos. Et xps ad aplos. accipietis virtutem spiritus sancti. Paraclytus autem sp̄s sanctus quē mittet pater i noīe meo: ille vos docebit oīa. ipse em̄ est omnē habens virtutem. oēm scientiā. ille grāmaticā que docet loqui veritatem. ille rhetoricā que docet ornatam cōgruitatē. musicā que docet dulcem sonoritatē. medicinā q̄ sanat grauē infirmitatē. arithmeticā que docet numerare. geometriā que docet mēsurare. astrologiā que tractat de syderibus. theologiā que tractat de celestibus. ¶ Primo sp̄s sanctus docet bonā grāmaticā. Grammatica est scientiā recte scribendi: recte loquēdi: recte construēdi. quā scientiā sp̄s sanctus docuit pp̄has sic: sicut fuit moyses qui recte scripsit et locutus est in quibus libris legalibus. qualis

fuit samuel in libris regū. quales fuerūt pp̄be maiores et minores. quales fuerūt euāgeliste. qualis paulus in eplīs. qualis fuit dauid in libro psalmoz. vnde in sym bolo. A patre filiozq̄ p̄cedit. qui cum patre et filio simul adorāt et conglorificat: qui locutus est per pp̄has. et in quadā canonica beati petri. ij. Pet. s. sp̄s sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoīes. et alibi. Mat. x. Nō vos estis qui loquimini &c. Bona grāmatica. bona cōgruitas. loqui de deo. loqui de opibz dei. boni grāmatici facti sunt hic sancti apli. ¶ Secūda scientia liberalis est logica: quā docuit aplos sp̄s sanctus. Logica est sermo qui discer nit inter verū et falsum. verū p̄cedit a spiritali sancto q̄ est sp̄s veritatis. imo omne verū a quocūq̄ dicitur a sp̄s sancto est. sicut dicit br̄s Ambro. Falsum autē siue mēdaciū procedit a sp̄s maligno: qm̄ ipse mendax est et pater mēdaciū: qui in vitate nō stetit. Job. viij. Bona veritatē p̄misit xps aplis quādo dixit. Cū venerit ille spiritalis veritatis. docebit vos oēm veritatē. Johā. xvi. ¶ Tertio docuit rhetoricā que docet loqui ornatē p̄fecte. Ille ornatē loquitur atq̄ perfecte: q̄ aduertit quid loquitur: qm̄ loquitur: quare loquitur: cum q̄bus loquitur. Sic spiritus sanctus docuit loqui aplos. et merito qm̄ ipsi non loq̄bant: sed sp̄s sanctus loquebat in eis. ¶ Quarto docuit medicinā qm̄ dedit eis xps per spiritū sanctū potestatē super oīa demonia: et vt languozes curarent. Quot infirmitates sanauerūt? quantos et quales: longū esset narrare. dicit em̄ fuerat per chylitus ante eius ascensionē. Super egros manus imponēt et bñ habebūt. Marci vlti. ¶ Tre docuit musicam que agit de sono et vocibus. et nonne apostoli bene sonauerūt quando in oēm terrā exiuit sonus corz &c. In omnē terrā. quātū ad terras medias et propinquas: exiuit sonus? predicationis exiuit hoc est etier vbi ponitur p̄teritū p̄ futuro propter maiorem certitudinem p̄phetie. et in fines orbis terre verba corum. Vel dicit h̄ quātū ad terras longin quas vbi predicauit maxime thomas et bartholomeus in india maiorū que finē facit: et iacobus maior in hispania que finē facit ex parte occidentis. ¶ Item docuit arithmeticā que tractat de numeris. Istam sciuerunt apostoli p̄ spiritū sanctū

pp̄s #9 docuit aplos . grammatia
 Reu. lopi. medic. mus. arithme.
 geo. theol. fo. 51.

III Dñica infra octa. ascensionis.

mus per te; et multa corrigantur per tuā
 prouidentia. Tertio debet presidentes bo
 na opera exercere vt dent exēplū subditis
 bene operādi. Talis prudentia fuit in da
 uid rege de quo. s. Reg. xvij. Dauid q̄s in
 oib[us] vijs suis p[re]sidentē agebat. Talis pru
 dentia apparet in apibus: quoz operū fru
 ctus d[omi]n[us] eē dulcissimus. Bonoz em̄ operū
 (als labor) gloriosus est fructus. Sap. iij.
 Quarto p[re]sidentes debent loqui tē. talis
 est prudentia canis venatici: qui sine cā nō
 latrat nec clamat. iō Prouerb. x. Qui mo
 deratur labia sua prudentissimus est. Pru
 dēs est q̄ scit moderari affectiones seu co
 gitationes. prudentissimus q̄ scit modera
 ri locutiones: qz lingua nulli hoim doma
 re pōt. Jaco. iij. Quinto debēt p[re]sidentes
 cū patientia sustinere passionēs: vbi requi
 rit prudentia magna. talis est prudentia sy
 rene que cātat tpe pluuioso. talis pruden
 tia fuit in iob: et tobias: et oibus qui passi
 sunt tribulationēs. de qua prudentia Amos
 v. Prudens in tpe illo tacebit. tpe tribula
 tionis patienter portabit. Sero debēt de
 testari p[er]tā. ista ē naturalis prudentia leo
 nis: qui cauda delevestigia sua: ne ab in
 sequētib[us] capiat. et vestigia sunt vitia et
 p[er]tā. Eccl. xvj. Vir prudēs grauabit con
 tumelia. Vic sciendum q̄ p[re]sidentes sunt
 in duplici dñia. quida sunt eccl[esi]astici sicut
 prelati: quida sunt laici sicut p[ri]ncipes. de
 prudentia prelatorū. s. Timoth. iij. Dporet
 ep̄m esse prudētē in oibus agēdis. de pru
 dentia p[ri]ncipū p[ro]z de salomone de quo. iij.
 Reg. iij. Dedit deus sapientia salomoni
 et prudentia multā nimis. Narrat Aristo.
 q̄ prudentia est p[ro]pria virtus principis. iij.
 Polit. Ande inter oēs virtutes prudentia
 est necessaria principib[us] qui habēt popu
 lum gubernare. Istā virtutē depinrerunt
 poete sub imagine pluronis q̄ erat ornatus
 a dijs operibus multis et coronatus coro
 na de hebeno. Talis virtus est prudentia
 circūdata operib[us] dijs. dñi p[ri]ncipis dñi virtu
 tes: qm̄ hoies per abūdantiā virtutū effi
 ciuntur dñi: sicut dicit p[ro]p[ter]b. vij. Ethic. et pru
 dentia oēs virtutes includit. vj. li. Ethico.
 Itē coronabatur de hebeno. Vebenus est li
 gnū impuribile incōbustibile fm̄ Plini
 um. et antiqui ethiopes offerebant impe
 ratoi pro tributo hebenū aurū et ebur. si
 cut regina saba obtulit salomoni solēnia
 scitalia propter prudentia suā. iij. Reg. x.

In hebeno nota prudentia que est impu
 ribilis et incorruptibilis. sicut dicit So
 crates: nemo inq̄ forte potest indicare nī
 si prudēs. qz scriptū est. Melior est sapien
 tia q̄ vires. et vir prudēs q̄ fortis. Sap.
 vj. Itē fulgētius describit prudentiam sub
 imagine saturni hoc mō. senex capite ve
 larus: tristis q̄nq̄s: letus q̄nq̄s apparēs: fi
 lios comedens. Moraliter saturni? senex
 qz cōiter prudentia in senibus viger. nā dē
 cit Aristote. q̄ nemo iuuenes eligit in du
 ces qz nō cōstat eos esse prudēs. Paul
 ad Titum. ij. c. Senes sobrii sint pudici et
 prudentes. Ergo prelati principes estote
 prudēs. qualiter? nō prudentia carnali:
 nō prudentia tēporali: nō prudentia mora
 li: sed prudentia sp̄iali de qua Roma. vij.
 Prudentia carnis mors est. hoc est causat
 mortē eternā: quā habuit salomō in senē
 ctute sua in damnationē aīe sue. et multi
 alij habuerunt et dānati sunt. (Nota hic
 de salomone. nō est dicendū asseritū q̄ sit
 dānatus cū hoc nō sit ab eccl[esi]a determi
 natū: qd̄ tñ si esset: credendū esset illi. quod
 aut̄ hic d[omi]n[us] in dānationē anime sue: inrelli
 gendū est hoc modo. q̄ fecit vnde meruit
 dānari: et sic saluati veritas huius littere)
 Non prudēs prudentia t[em]porali: sicut sunt
 mercatores/aduocati/causidici. que pru
 dentia cōsistit in acquisitione bonoz tēpo
 raliū. de qua Luc. xvj. Filij hui[us] seculi pru
 dentiores sunt filijs lucis. et Barnab. iij. Fi
 lii agar q̄ erquisierūt prudentia que de ter
 ra est et. et talis prudentia pōt dici astutia
 seu naturalis industria: que se pōt habere
 ad bonū vel ad malū. nō sic estote pruden
 tes. Moraliter sic fuit prudēs salomō in
 iudērite sua. sic moraliter fuit prudēs hi
 ram de quo. ij. Paral. ij. vbi legit q̄ hirā
 prudenter sciebat inuenire oē quodcūq̄
 in opere erat necessariū. Scdm̄ fulgētius
 saturnus habebat caput velatū in signū
 q̄ moralis prudentia includit in se matu
 ritatē et honestatē. vñ antiquitus prudēs
 res et p[ro]bi sapiētēs incedebāt velato capi
 te. Itē saturnus interdū letus: interdum
 tristis: in signum q̄ prudentia moralis ri
 det in bonis: et deridet in malis. sicut de
 moeritus. et eractius prudentissimus se
 bat qm̄ videbat malos male agere sicut dē
 cit Zallius. Item q̄ saturnus filios suos
 comedebat: hoc designat qm̄ vir prudens
 sua facta ruminat in corde atq̄ remordet

ymago p[ro]den

salomō

syrene

leo

fo. 96. de p[ro]den

den e[st] p[ro] p[ri]ncipis

ymago p[ro]den

coronatus p[ro]p[ter] virtutes
dñi dñi

hebenus

de prudentia fo. 193

p[ro]bi incedebant velato capite

nemo iuuenes eligit in duces fo. 6.

Seneca narrat de quodam qui omni die ante nocturnam quietē interrogabat auditum (als discipulū) suū qua parte malum suū sanasset et qua parte melior eēt. O p̄sides talis debet esse prudētia vestra moralis et virtuosa: qualem prudētia optabat xps aplis quibus dicebat Mat. thei. x. Estote prudētes sicut serpentes.

Secunda pars.

¶ Secundum principale

dirigitur viatoribus: cū dicitur: Vigilate. Viator: cursor: qui habet facere longā viā: et modicum habet de tēpore vigilat et nō dormit: sicut peruenire ad terminū. Pro uerb. viij. Qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Omnes sumus cursores viatores in hac vita: quoniam non habemus hīc ciuitatem permanentē: sed futuram inquirimus sicut dicit apostolus ad Heb. xij. vnde de mane hoc est de iuuentute in bonis operibus vigilare debemus: cōtinuādo et perseverādo vsq; in finem. Ergo surgite vigilemus: venite adoremus: q; promissit dñs coronam vigilantibus. In isto articulo sunt due questiones.

Prima quare est vigilandum?

Secunda quare et in quibus est maxime vigilandum? Respondeo ad primā questionem: vigilandum est

Propter lucrū siue bonū qd̄ acquiritur.

Propter periculum quod inspicitur.

Propter preceptum quod indicitur.

Propter consortiū qd̄ nobiscū graditur.

Propter bellū quod assidue cōmittitur.

Propter malū quod v̄tūrum nescitur.

¶ Primo vigilandum est. Ad mercatores vigilat propter lucrum: et laboratores propter mercedē. sic iusti viri vigilat in operibus meritorijs propter premiū eternū. namq; post vigiliā venit festum. venit qui es post laborem. post meritum venit premiū. de ista vigilia habetur Luc. xij. Beatus ille seruus quem cum venerit dominus inuenit vigilantem. Qui vigilauerit ad illum: inueniet benedictionem. Eccl. xxij. Secundum vigilandum propter periculum est. Existens in loco periculoso vigilat et non dormit: sicut existēs in exercitu siue guerra vigilat et modicū dormiunt: immo excitant alios ad vigilandū.

De grūbus legitur qd̄ tpe noctis inter se

solent vnā instituire ad vigilandum alijs dormientibus: quatenus insidias hostiū habeat presertim. Nos oēs in hoc mūdo sumus in grandi periculo exercitus inter hostes visibiles et invisibiles: ergo attēte vigilare debemus: iuxta documētum petri apli. s. Pet. v. Fratres sobrii estote: et vigilate: quia aduersarius vester est. Iste aduersarius semper vigilat et nunq̄ dormit: ergo vigilandū est vt sibi resistamus: propter quod xps imminente passione in crepando aplos. Vigilate (inquit) et orate vt non intretis in tentationem. Tertio vigilandū propter preceptum. In huius signum post solis occasum precepit ionathas suis vigilare: et eē in armis paratos ad prelium. s. Achab. xij. Quarto vigilandū propter consortiū est. vnde hō cōsiter solet libenter et letanter vigilare quādo videt gratū consortiū: gratam societate tē secū. sed qñ est solus: dormit libētius: et vigilare nō potest. Sic nos fideles vigilare debemus in bonis operibus per diligentiam bonā: cū in societate nostra deū habeamus et angelū ad nostri custodiam deputatū. vigilat creator deus nō qui nobiscū est et nunq̄ dormit. vigilat deus ad bonorū promotionē et ad malorū punitiōē.

Ista est virga illa quam vidit hieremias. Virgā vigilatē ego video. Hier. s. Ista vigilat angelū nobiscū est. Dan. iij. Ecce vigil et fetūs. i. angelū descendit de celo. et Lāri. ij. Inuenerat me vigilēs. i. angeli q̄ custodiūt ciuitatē. Quinto vigilandū est propter aduentū dñi in die iudicij. Veniente dño vigilat seruus timore dñi sui. et dñs redēptor nō ad iudiciū est v̄turus. Luc. xij. Btūs ille seruus quē cū venerit dñs inuenit vigilantem. Talis seruus dei vigilans fuit beatus Bern. sicut legitur in vita sua vigilabat seruus dei vltra possibilitatē humanā. et qñ totū tps vigilijs occupabat: imo tps dormitiōis quasi pditū putabat vel reputabat. Et nos vigilare debem⁹ vt paratos nos inueniat dñs qñ veniet ad iudiciū. Mat. xxij. Vigilate q; nescitis quā hora dñs v̄t v̄tūrus sit. et alibi scy. c. xxv. Vigilate q; nescitis diē neq; horā qñ veniet dñs. exēplū habem⁹ i prudētibus virginibus q̄ vigilātes et nō dormiētes (q; paratē) cū spōso itrauerūt ad nuptias: fatuis dormientibus i paratis (licet clamātibus) remanētib⁹ extra portā. Apoc. ij. Estote vigilēs. s. ff. iij

Virga vigilantis

de vigilijs

q; debem⁹ vigilare.

Dñica infra octa. ascensionis.

non vigilaueris ueniã ad te tanq̃ fur: et nescies qua hora ueniã ad te. Si sciret p̃ familias qua hora fur ueniret vigilaret vtiq̃ ꝛc. Serto vigilandũ ppter bellum continuũ cũ mundo carne diabolo q̃ continue nos impugnat. Narrat Prolomeus libro suo de architectis/ q̃ egyptij habuerũt grande bellũ p̃ra indos: qui cõsuleres deos interrogauerũt deos suos q̃les ad bellũ milites destinarent. Rõderunt dij q̃ illos mitteret qui possent vigilare cũ luna. Luna est istius cõditionis q̃ qũ est noua illuminat totã noctem. Adorãt oẽs in hac vita sumus milites bellatores cũ militia sit vita hois super terrã. sicut dicit sc̃tus Job cap. vii. Per noctẽ intelligitur vita p̃ns: q̃ cõparata ad vitã futuram/ magis est nox q̃ dies clara. Et sunt nonnulli q̃ vigilat in bonis opib⁹ solũ in senectute qũ pctã dimittit eos: et non ipsi pctã. et isti illuminat sc̃dam partem noctis solum: nec sunt sufficiens milites ad bellandũ. Et sunt nonnulli qui vigilat in bonis opibus in iuuentute in medietate et in senectute: et semp̃ cõtinuantes et perseverantes. et isti illuminat totã noctẽ idest totã vitã bonis opib⁹ et exẽplis. rãz les sunt boni milites ⁊ approbati p̃ deũ. talis erat ille iust⁹ qui tradidit cor suũ ad vigilãdũ dileculo. Itẽ vigilandũ ppter malũ. sc̃z vitandũ atq̃ cauendũ. et istud malũ est in triplici differẽtia: qm̃ est
Malum negligentie.
Malum impenitentie.
Malum imperseuerantie.

Primũ malũ ppter qd̃ est vigilãdũ est negligentia. grande malum negligentia Boetij de disciplina scholarium. In vno quoq̃ bono ope mater est diligẽtia: ⁊ no uerca negligẽtia. Pro amotione istij mali est vigilãdũ. Ecclij. xxxvij. Dis faber et architectus in vigilia perficit opus. hoc est cũ diligẽtia bona. Sc̃dũ malũ impenitentia. p̃nia h̃z tres partes/ contritio/ cõfessio/ satisfactio. ⁊ circa tertã partẽ pauci vigilant: tñ scriptũ est Apoca. iij. Penitentia age: q̃ si non vigilaueris ueniã ad te tanq̃ fur. ergo vigilãdo istud malũ est amouendũ. Tertiuũ malũ imperseuerãtia: q̃ solũ qui perseverauerit vsq̃ in finem salu⁹ erit. Matt̃ b. x. ⁊. xxiiij. et Aldar. xiiij. Pro amotione istij mali est vigilandũ. s. Coz. xvj. Vigilate ⁊ state in fide ym̃liter.

Iste sunt tres vigilie de quibus Luc. xij. Et si uenerit in secũda uigilia: ⁊ si in tertia uigilia uenerit: et ita inuenerit beati sunt serui illi.

Tertia pars.

Secũda questio fuit

in quibus opib⁹ est maxime uigilãdum. Rõdes q̃ in multis. s. uigilãdũ est in deuotione. uigilãdũ est in custodia cuz deuotione. uigilãdũ est in delictoz cõrectione. uigilãdũ est in meritoria opatione. Primo uigilãdũ est ad orãdũ et hoc fuit tertiuũ principale introductũ. qm̃ thema dirigit supplicãtib⁹ in necessitate. Estote prudẽtes ⁊ uigilate in orõnib⁹. s. Thesal. v. Nõ dormiamus in delictis huius mudi: sed uigilem⁹ attententi eterna cõfiderãdo: et sobrii simus. Sobrii estote et uigilate in orõnib⁹. s. Per. vlti. Optima uigilia est orare: qm̃ p̃ orationẽ multa bona obueniũt deprecanti. q̃ ualeat orõo ad peccati remissionẽ: ad ire dei mitigationẽ: ad tentationis uitationẽ: ad infirmitatis sanationẽ: ad uite plõngationem: ad fruct⁹ multiplicationẽ: ad pacis ipestrationẽ. Primo ualeat ꝛc. exemplũ de dasuid qui postq̃ orauit deuotẽ: audire meruit. trãtulit dñs pctã tuã. ij. Regũ. xij. et magdalena etiã audiuit post orõnẽ. remittunt tibi pctã tua. Luc. vii. Sicut ieiunio sanãtur pestes corporis: et oratione pestes mentis. i. pctã. Secũdo ualeat orõnam mitigatur ira dei per orationẽ: sicut patet de moyse qui orando mitigauit irã dei. Exodi. xiiij. et nũeri. xiiij. unde quedã glo. super libũ Tobie. Oratio lenit dñm lachryma pungit: lachryma cogit. h̃c mitigtat. s. dñm. illum pungit. Medici tẽporales placãtur pecunia: medicus autẽ celestis sola oratione placatur. Chrysostõ. Tertio ualeat ꝛc. iuxta illud Matt̃ b. xiiij. Vigilate et orate ne intreris in tentationem. ⁊ in fine orationis dñice. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Fido⁹ de summo bono. Hoc est remediũ eius q̃ uirtioz tẽtamentis est uatis. quoties qlibet tangitur uirtio: toniẽs orõ impugnationẽ extinguit. Quarto ualeat orõ ꝛc. Quot infirmitates curate fuerũt: et sanate sunt p̃ orõnẽ? Añ Jacob⁹ in sua canonica. c. vlti. Infirmitat̃ q̃s in uobis (etiã vsq̃ ad mortẽ) inducat p̃es byteros ecclie. qui debent esse magis

ep̃o
q̃les debent eligi
in h̃res. 116

89 luna

3. malũ

medic⁹

denoti ad orandū q̄ aliq̄. et orient sup eū. non solū mentaliter sed etiam vocaliter. ipsa em̄ est que sanitatē mentis et corpis impetrat. vñ Cassiod. sup ps̄. Oro (in q̄) posita est per quā ira dei suspēdit: venia procuratur: pena refugitur: et premiozum largitas impetrat. coram dño loquit: cuius iudice fabulatur. p̄sentem sibi facit quem videre nō preualet. ad penetralia iudicis pctō: admittit: et nullus inde respuitur nisi qui in ea tepidus inuenit. Oro fidei saluabit infirmus. i. oratio formata fide. Quinto valet oro ꝛc. p̄ꝛ de rege ezechia Esaiē. xxxvii. qui orauit cum fetu: et fuit sibi dictū a dño. Ecce ego adiciā super dies tuos. xv. annos ꝛc. Sexto oro valet Jacobi. iij. Velias rursum in orōne ora uit et celū dedit pluuiā: et terra dedit fructū suos. Ultimo valet oro ꝛc. s. Timo. ij. Obsecro primū oīm fieri obsecratōes et orationes ꝛc. subditur causa. vt quietā ꝛ tran quillam. i. pacificā agamus vitā hic in presenti per gratiam: et in futuro per gloriam. **A M E N.**

¶ Dñica infra octauas ascēnsionis. Ser. ij.



Stote prudentes

res ꝛ vigilate. s. Per. iij. et in epla hodierna scribunt hec vba. Si bene dñi significatiōes vocabuloꝝ respiciō: isti termini sapiētia/prudētia/et sciētia/isdē sunt. Ideo scribit Proverb. xiiij. In corde prudentis requiescit sapientia. et ibidē. Qui sapiēs est corde: appellabitur pudēs. et qui dulcis eloquio maiora res perier. in ca. xvj. Attamē isti termini sunt in se distincti s̄m q̄ dicūt doctores p̄ꝛ diuersum modū significandi. Nam sicut dicunt doctores.

Sapiētia est de rebus spūalibus de quibus non habet demonstratio.

Sciētia est de rebus naturalibus de quibus habetur demonstratio.

Prudētia est rerū humanarū de quibus habetur ratio.

Et hoc est quando quis cognoscit bona et mala: ꝛ bona diligit: ꝛ mala negligit. iō Tullius prudētia (rhetorice. ij. libro) sic diffinit. Prudentia est rerū bonarū et malarū sciētia. ꝛ btūs Greg. diffinit prudentiā sic. Prudentia est rerū bonarum ꝛ malarū cū dilectione: et harū et reliquarū

detestatione scientia. Nunc dñi ita est: q̄ nihil est p̄ quod tantū vita nra sit perfecta sicut per opa electiua: cum talia opa sint in nra potestate. ꝛ per p̄bm. in. Ethic. Tantū per illa que sunt in potestate nra laudamur vel vituperamur. Adodo ita est q̄ prudētia ē de opibꝛ electiuis s̄m q̄ p̄ꝛ per suas diffinitiones: ideo princeps aploꝝ beatus Petrus cupiēs vitā nram esse perfectam et meritoria: ad nostrā in formationē proponit nobis vba incepta in p̄ncipio sermonis di. Estote prudētes et vigilate. In q̄bus verbis beatus Petrus dat nobis duas lectiōes. quas rogo vos addiscatis ꝛ memorie cōmendatis.

Dicit em̄ in p̄ma lectiōe. Si vultis p̄fecte operari et vitam vestram regulare: et ad bonū finem venire. Estote prudētes.

Dicit in sc̄da lectiōe. Cum debeatis ergo cum inimico preliari: cum ipse non cesset vobis insidiari: ne dormiatis: sed vigilate.

Prima pars.

¶ Dico p̄mo q̄ beatus

Petrus dicit nobis in prima lectiōe. Si vultis p̄fecte operari ꝛc. estote prudētes. Et causa istoz est: quia vbi est prudentia: ibi nec res nociue: nec male: nec ad malum finem ducentes: possunt esse. Pro tāto beatus Aug. in libro de singularitate clericorū loquit in hunc modū. Ubicūqꝫ fuerit prudentia: frustrant vniuersa p̄traria. vbi autē prudentia negligi: oīa v̄ria dominant. hec Augusti. Adodo dñi si bene considero s̄m sanctū doctorem. ij. ij. q. xlix. Vera prudētia in tribꝛ rebus p̄ncipaliter consistit.

Primo in intelligentia presentium.

Secdo in puidētia futurorum.

Tertio in memoria preteritorum.

Ita q̄ s̄m sanctū doctore vera prudētia hꝛ tres partes. s. memoriā: intelligentiā: et prudentiā. Intelligentia est de re p̄sente memoria de re p̄terita. puidētia de re futura. Pro afirmatiōe istuz q̄stionis sc̄tus ꝛ gl̄iosus doctor: in libro Allegato allegat Aldacrobū. ꝛ Tullū. qui i. ij. lib. sue rhetorice istā s̄mā ponit in hūc modū. Prudētia est rerū bonarū ꝛ malarū v̄trarūqꝫ sciētia. Partes eiꝫ memoriā: p̄ quā animꝫ cōprehēdit ea q̄ fuerūt. Intelligentia: per quā p̄spicit ea q̄ sunt. Prudentia: per quā futurū aliqd̄ videt anqꝫ factū sit. b̄ il

per illa q̄ sunt in nra p̄ntie laudant ꝛ vituperantur

A

p̄den^a fo. 2
vib fo. 96
aplyta torni

Intra inter sciam. sapiam. p̄denz

VIR

Dñica infra octa. ascensionis.

fo 96

long oluetti

p d ong

le. Ecce ergo q̄ vera prudētia consistit in his tribus p̄tib⁹ p̄ncipalib⁹. s. in intellectu dē p̄ntiā. i. memoria p̄teritorū. i. prudētia futurorū. Et q̄libet certe q̄ h̄z ista tria p̄t̄ dicit ver⁹ prudēs: q̄ tota vita sua ē p̄fecta ⁊ regulara: et his trib⁹ tanq̄ trib⁹ luminib⁹ illūinata. Sed q̄ ex dictis sacre scripture reperio: vera prudētia / siue vir prudens recte et p̄prie monti oliueti cōparatur. Et causa est: mons oliueti s̄m doctores mons triū luminū d̄r: quia trib⁹ luminib⁹ illūinat. a sole em̄ illūinat de mane. a luminib⁹ templi i. vespere: ⁊ ab̄dat in oleo. A simili vir prudēs tribus luminib⁹ illūinat. Primo a lumine matutino. s. prudentia: q̄ sicut lumē matutinum illūinat diē futurū: ita per prudētiā homo illūinat et efficitur vir prudens in rebus futuris. Itē etiam vir prudens illūinat lumine vespertino: et istud lumen d̄r memoria: q̄ sicut lumen vesp̄ri nū illūinat diē p̄teritū: ita memoria illūinat hoies de reb⁹ p̄teritis. Item etiā mōs oliueti h̄z tertiu lumen in seipso sc̄z q̄ h̄z oleum: qd̄ est materia luminis. A simili etiā vir prudens h̄z tertiu lumen in seipso: ⁊ istud lumē vocat̄ intelligētia per qd̄ actualr̄ p̄siderat homo res p̄ntes. Ecce q̄ quō prudētia: siue vir prudēs mōti oliueti cōparat̄: q̄ trib⁹ lūib⁹ illūinat. De isto triplici lūie loq̄t̄ Seneca i. lib. de q̄rtuor̄ virtutib⁹ cardinalib⁹ in hūc modū. Si prudēs es anim⁹ tuus trib⁹ rēpōib⁹ dispensat. p̄sentia ordina. futura p̄uide p̄terita recordare. Nam q̄ nil de p̄terit⁹ cogitat: vitam perdit. qui nihil de futuro p̄meditat: in oīa incautus incidit: q̄ de p̄nti nihil operat̄: stultus remanebit. hec ille. Sed vere dñi si volo p̄siderare: reperio q̄ de duplici prudētia loq̄t̄ scriptura. Primo de sapiētia carnali et tēporali: ex qua sequit̄ mors ⁊ dānatio. de qua scribitur ad Rōm. viij. Prudētia carnis mors est. et Baruch. iij. Filij agar exquisierunt prudentiā que de terra est. ista autē prudentia non est nisi ad decipiendum. Secūdo loquit̄ scriptura de sapiētia morali ⁊ sp̄iali ad quā sequit̄ vita ⁊ saluatio. de qua scribit̄ ad Rōm. viij. Prudentia autē sp̄is vita et pax. Pro tanto de istis duobus modis prudētie dixi q̄ q̄n̄ br̄s p̄strus in lectione nob̄ dicit. Si vultis p̄fecte operari ⁊c. estote prudētes, tāntū vult

turalẽ obseruat. qui autẽ regis fm̃ carnẽ peruertit ordinẽ iusticie. ideo tanq; transgressor iusticie mouet: iuxta illud. Si fm̃ carnẽ vixeritis mouemini eternaliter. Roma. viii. imo ibũt tales in suppliciuẽ eternũ: iusti autem in vitã eterna. Mat. xxi. ¶ Secda iusticia legalis etc. de ista loquitur phus. v. Erbi. vbi dicit q iusticia loquitur que implet precepta legis. sed lex precipit actus oĩm virtutũ: sicut dicit beatus Gregorius. s. lib. moral. Lex precipit non delinquere actiue: qd pertinet ad actũ fortitudinis. Itẽ lex precipit nõ mechari: quod spectat ad tẽperantiã. et lex precipit non percutere: nõ contendere. hoc spectat ad mansuetudinẽ. Quicũq; em̃ facit contra aliquã virtutẽ per circũstantiã (als certa instantiã) vel conditionẽ aliquam iniuste: nõ legitẽ facit. inultũ em̃ operatur: et fit seruus diaboli seu pcti. Non sic postulabat dauid cum dicebat. Gressus meos dirigebis fm̃ eloquiũ tuum: vt nõ dominetur mei oĩs iniusticia. Sed contrariũ est de multis: q licz iusta faciũt: nõ tñ bñ nec iuste. sicut qui faciũt elemosinã de illicite acquisitis: vel ppter vanã gloriã: lz bonũ faciũt iusticia legali: que est oĩs virtus: loquitur beatus Hiero. i quadã epla. Oes virtutũ species vno iusticie noie continentur. Et beatus Bernardus in quadã sermone. Rectus et iustus est ille: qui ad terrena cũ curat: ad celestia totus erigitur: qui diuine volũtati humiliter subiacet: cuius medium non erĩs ab extremis: paupertate et paciẽtia regulat. ¶ Tertia iusticia equalis etc. Ista iusticia fm̃ docto. est quedam species iusticie qua redditur vniciũq; quod suum est. et diuiditur in iusticiã commutatiua: et distributiua. de qua Tullius in rhetorica. Iusticia est habitus cũ utilitate seruata inãvni cuiq; tribuẽs dignitatẽ. Itẽ macrobinus iusticia est vniciũq; seruare quod suũ est. Et Gene. Quid est iusticia nisi nature tas circa generatio in adiutoriu inueta. Ista iusticiã depinxerũt antiqui imaginẽ ad modum virginis incorrupte: que erat gratissima in aspectu: sed terribilis luminib; oculoz: coronata accipitres: sedes in cathedra: tenens sceptrũ in manib;: equa læce. Moraliter iusticia est sicut virgo pulcherrima incorrupta: q; corruipi nõ pot prece vel precio amore vel odio aut timore, vñ

148a n. 148

facere iusticia bene nõ est nec bene

ymago / 148

due pres iuste q̃ si due colũne

Iusticia sermo

de Seneca. Iusticia nil iniustū pati pōt. vñ Quid. lib. f. de transformis vocat eā astrā virginē filiā aīstrei gigantis q̄ nūq̄ violari potuit. sicut nec iusticia. Ad dicit eam Quid. qm̄ virtutes fugerunt ad celum ppter horrore vitiōrū. iusticia fuit vltima que recessit. Itē licet iusticia habeat gratū aspectū i fer. rē est acer t formidabilis his qui iuste p suis demeritis puniūt. Itē aspectus istius imaginis nō nimis humilis: nec nimis atrox. et hoc bene p̄inet ad iudicem iustū. nā nimia humilitas in iudice dat t generat despectū: t nimia atrocitas generat horribilitatē. id iudex iustū dicit esse mediū inter vtrūq̄. Coronata erat: q̄ iusticia est in ppetuū coronata et triūphat. Sap. iij. et apls. In reliquo reposita est mihi corona iusticie. ij. Timoth. iij. Ista imago sedebat in cathedra: qm̄ ad iudicē p̄inet sedere in cathedra. Itē tenebat scepterū qd̄ est regale signū: t designat q̄ sine iusticia nec regnū: nec respública pōt bene regi. inmo remota iusticia regna non sunt nisi magna latrocinia. sicut dicit Aug. iij. de ciuita. dei. c. iij.

Quarta iusticia vocat sufficiens: de qua in themate t in euāgelio. t vocat iusticia xpi que saluat aīas. vñ thema. Nisi abundauerit iusticia vestra t. dicebat ip̄s ap̄ostolus: nō intrabitis i regnū celoz. hoc est dicit. nisi mādata data legi impleueritis et alia queq̄ moralia necessaria ad salutē etiā docueritis implēda abūdātī q̄ pharisei qui solū cohibebāt manū et nō aīm: et vtrūq̄ cohibendū est. Nūquid malum cogitare: t malo cōsentire: est petm̄: t ista debēt (als dicunt) esse in aīa. nō em̄ sufficit ad salutē ab homicidio abstinere: nisi quis irā et rancorē remiserit in mēte. nec sufficit a fornicatione abstinere. si videris mulierem ad concupiscēdum eā in corde. Si quidem in preceptis noui testamenti non solū refrenatur manus seu opus: imo etiam mala cogitatio. De ista abūdantia iusticie habetur Est. x. Consummatio abbreviata inuadit iusticiam. Doctrina euāgelica vocatur breuis consummatio. et apparet breuitas: qm̄ in duobus mandatis totam legem totaliter complet. vñ de doctrina euāgelica breuis et consummata formam iusticie exprimit abundanter. Iusticia phariseoz promittebat terrenam possessionem. iusticia dō xpi eternam

appropriat mansionem. ergo iusticia christi abundat. Item iusticia phariseoz docet seruare minora precepta: non maiora. Iusticia dō christi docet vtrūq̄. ergo ista abūdāt magis q̄ prima. Itē iusticia phariseoz alligat onera grauiā et importabilia: et ipsa non tangit ea vno digito: iusticia dō illorum qui intraturi sunt regnū celozum: primo seruat et custodit illa que ip̄s alijs seruare p̄cipiunt. ergo magis abundat ista q̄ illa.

Quinta iusticia simul cum sexta t. Nā iusticia punitiua est quando per demeritum redditur supplicium: t merito premium. et h̄m hec remuneratio bonozū: et pena malozum est opus iusticie. Licet in omni opere dei sint semper misericordia t iusticia: verū in aliquibus operibus dei misericordia fit aperta: et iusticia occulta: sicut in iustificatione peccatozū. In aliquibus autem operibus est totum contrariū scilz iusticia aperta: et misericordia occulta: sicut in damnatione paruulozum deudentium sine baptismo. aliquādo vtrūq̄ occultum / sicut in tribulatione iustozum sicut in iob. robis t. aliquādo totū apertum sicut in punitione reprobozū: et remuneratione iustozum. Ad quam merito et efficacia sue sacratissime passionis: t in tercessionibus intemeratissime virginis marie nos producere dignetur iesus benedictus t.

¶ Dominica. vii. post festum trinitatis. Sermo. f.



Tripēdia pecca

ti mors. Roma. vj. c. Actēto q̄ stipendium est digna retributio que militibz cōfertur et datur: triplicē militum differentiā introduco: qm̄ sunt Primo milites mundi. Secundo milites christi. Tertio milites diaboli. Primi stipendijs contentātur. secundi stipēdijs coronant. tertij stipēdijs moriunt. Primi milites t. de istis Luc. iij. milites interrogauerunt. scilz iohannē. Quid faciemus et nos: quibus respōdit. Neminem cōcutiatis: neq̄ calāniam faciatis: et contenti estote stipendijs vestris. Q̄ salubris doctrina si seruaretur. neminē inquit concutiatis per violentiā. et neminē

pp iij

*ni si abundauerit iustā vñ a q̄
pharisei cohibebant manū t nō aīas
t fū vñ q̄ e cohibendū
Iustā phariseoz.*

*imp̄b? di aliq̄
ē m̄a ap̄ta
Cultra. aliq̄
riūm*

Dñica. VII. post trinitatis.

calaniam faciatis per fraudulentiā ⁊ fraudulentiā maliciā. et contenti estote stipendijs vestris. qualis miles fuit beatus martinus: q̄ non solū contentus: imo de stipendijs nihil preter quotidianū victum referuabat. imo de crastino nō cogitabat. Tales milites fuerūt illius legionis sacrate thebe: qui p̄ defensionē reipublice armatus susceperant: nec fidē xpi in aliquo violare intendebāt. Sed potest queri quid est proprie stipendiū de ratione vocabuli. Respondetur s̄m glo. q̄ stipendiū dicitur a stipendia a substantia ponderata: qm̄ retributio dabatur militibus pugnātibus p̄ re publica ad p̄dus. antiquit̄ pecunia nō numerabatur: sed dabatur ad p̄dus: per soluebat. Zucrum fructus/merces/ salarū que dabantur pro labore: vocabatur stipendiū. et ideo dicitur hic, stipendia peccati mors.

Secūdo introductū est q̄ sunt milites stipendiarij xpi. quales sunt oēs generatim xpiani. similiter viri iusti et sancti. quales milites fuerūt sebastianus/ hippolitus/tiburtius/valerianus/ sponus beate ecclesie. quales milites fuerūt sanctus ludovicus rex francoꝝ: eduardus rex anglie: harolus magnus: artufius: imperatores romani. qualis miles fuit timotheus discipulus beati pauli ap̄li. de quo. ij. Timoth. ij. Labora facit bonus miles xpi. Ubi notantur quattuor: que ad militem strenuū requiruntur: vrpote Diligentia. labora. Decentia. miles. Virilitas. bonus. Salubritas. christi. Diligenter/ decenter/viriliter/ salubriter militādo maxime et pugnādo p̄ republica: et p̄ra catholice fidei inimicos. de q̄ milita. s. Timoth. s. Hoc p̄ceptū cōmendat tibi fili timothee vt milites bonā militiam/hñs fidem ⁊ bonā cōscientiā. bonā multū et salubrem hñs sine errore cōscientiam. bonā p̄dicando s̄bo ⁊ exēplo. ergo labora sicut bonus miles xpi. Nā qui certat in agone in hoc mūdo qui est locus certaminis: nō coronabit nisi qui legitime certauerit. ij. Timoth. ij. Narrat aristoteles lib. politicoꝝ q̄ non omni militi pugnātū in macedonia dabatur corona et seruum de hilijs: sed solum illis militib⁹ qui in pugna vincebāt: ⁊ in certamine trium-

phabāt. Itē narrat eliminandus de mirabilibus mundi: q̄ olim milites romani qui hostes resistentes vicerūt: coronabantur de palma p̄ stipēdiū: sed illi qui vicerunt hostes fugientes coronabantur de lauro: ad designandū q̄ maius stipēdiū dabatur illis q̄ vicerūt hostes fugientes. Itē qm̄ maior pugna erat et fortior in militib⁹ primis. ⁊ palma est dignior lauro. Hic queritur de militib⁹ in agone certātib⁹. hoc est in hoc mūdo. p̄tra quos hostes debet pugnare? Respondetur. contra mundū: carnē: et diabolū. Contra mūdū per paupertatē. p̄tra carnē per castitatē. contra diabolū p̄ charitates. Et alia arma multa sunt: quibus stipēdiarij milites armantur: quoz arma propria non sunt carnalia sed spūalia. Resgitur q̄ fuit quidā miles stipēdiari⁹ armis carnalib⁹. i. vitis dedit ⁊ armatus: qui cū iret p̄ viam cū suo scutifero: peruenit ad viridariū amenissimū: ⁊ dixit armigero suo. multū laboraui⁹. hic modicū quiescam⁹. hic inquit volo dormire: ⁊ nō excites me: q̄ dū satis dormiero ego me ipsum excitabo. Finaliter obdormiuit. q̄ dū actu dormiret: vidit somniū vrpote videbat ī somnijs vnū milite totaliter inermē descendente de equo albo in quodam prato pulcherrimo. Itē videbat in dextera parte militis sex inuenies pulcherrimos ipm̄ custodiētes: ⁊ ī sinistra pre erat tres figure terribiles dicentes audacter illis sex. pugnemus de isto milite cui⁹ sit. q̄ pugnauerūt ⁊ tres de sex triūphū habuerūt Quo facto excitat⁹ est miles dicens scuti fero suo. vbi sum⁹? Respondit dñe nos sum⁹ in loco bono et tuto. et miles iterū. q̄tis hora est. ⁊ ille. dñe media nox. Et miles p̄cedam⁹ vltra qm̄ multa habeo expedire. et respondit armiger. dñe nos sumus in loco securo: et nor est multū obscura: ⁊ ignominus viā. et iterum miles. nec p̄pter hoc qm̄ necessario ambulare op̄s. Finaliter p̄cesserūt ambo: et venerūt ad pedem cuiusdā montis altissimi: et ascendētes venerūt ad quoddā nemus: et demū peruenerūt ad cellā cuiusdā heremite: et intrātes domūculā miles locutus est ad partē cui⁹ heremita: et eidē torū somniū enarrauit. Cui heremita. tuipse es ille inermis. tu es denudatus totaliter armis virtutum: qm̄ propter malam et vitiosam vitā tuaz descendisti de equo albo vrpote de stute

de stipendiū
regit⁹ pecunia da
tuz ad p̄dus
ales mlytes
ebent elygi. 99

corona p̄
me ⁊ laur
fo. 103
bona conp
s̄m mly

20

innocentē et grē baptismatis in prato
mularū delictarū. Sed in dextera iuue-
ne pulcherrimi custodiētes sunt pulchri-
tudo/sanitas/fortitudo/iuuetus/diuitie
spes longe vite. Tres in sinistra/antiq-
uitas/infirmetas/mors. vincit pulchritu-
dinē et sanitatē infirmitas. vincit iuuen-
tatē et fortitudinē antiq̄uitas. mors vin-
cit diuitias et spem longe vite.

¶ In tertio loco fuit introductū: qm̄ sūt
milites diaboli, scz peccatores. de quoz
militia. s. Pet. ij. Obsecro vos tāq̄ adue-
nas et peregrinos abstinere vos a carna-
libus desiderijs que militat̄ aduersus ani-
mā. Obsecro. nō dicit precipio: licz possz;
cū esset vicarius xp̄i: et p̄iceps ecclie mis-
litantis. ad insinuandū charitatē nō au-
rouatē. Tanq̄ aduenas et peregrinos.
vocat illos qui erāt i iudaismo: qui erāt
cōuersi ad fidem xp̄i: abstinere vos ꝛc. di-
cit quedā glo. super mattheum/ q̄ in pu-
gna xp̄i prius d̄ gula agit. quia nisi pri-
us hec refrenetur: frustra d̄ alia vitia labora-
tur. que militat̄ aduersus animā. i. ani-
mā impugnant. Istā pugnam tuba ce-
lestis expertur/ dicebat. Caro cōcupiscit
aduersus sp̄m ꝛc. Gal. v. Grauis pugna
est ista: cū caro seu sensualitas sit contra
sp̄m seu rationem domesticis hostis. in
qua militia siue pugna diligentia est ad-
hibenda. In esopo legit talis fabula: q̄
fuit quidā qui habuit duas filias. vnā
dedit in vxorē cuidam hortolano: et aliā
cuidā figulo. nō longe post visitauit eas:
et primo venit ad illā quā dedit hortola-
no querens quid ageret. que respondit
pater mi si deus dederit nobis pluuiam
ad rigandū hortū: bene erit nobis. Post-
modū venit ad aliam querens quid age-
ret. et illa. pater mi si deus dederit siccita-
tem bene erit nobis. Et ille homo dixit
nescio si debeo orare p̄ pluuiā vel siccita-
te. Ad propositum due filie in homine
sunt caro et spiritus: que sibi adinuicem
aduersantur. sed caro op̄at & petit plu-
uiam. scilicet carnalia desideria: que for-
titer militat̄ aduersus animā. Spi-
ritus est alia filia q̄ nobilit̄ est: et illa pe-
tit & op̄at siccitatē. I. tēperantiā & abstine-
tiā rōnabile. et p̄ illa est orandū. ergo sp̄s
ambulat. Galat. v. Narrat q̄ fuit qdā
stipediari⁹ miles: q̄ alijs pugnatib⁹ exiit
de acie grauat⁹ somno: et odorō: miuit sub

ymbra cuiusdā arboris. et venerūt septem
latrones ad casus vidētes militē fortiter
dormientē: et vn⁹ furat⁹ est calcaria et en-
sem: secūdus furat⁹ est lorica: tertius furat⁹
est scutū: quartus equū: quint⁹ lanceā: ses-
rtus cingulū: septimus furat⁹ est galeam
tandē vulnerat eum vsq̄ ad mortē. nec
fuit excitat⁹. Iste miles est q̄libet xp̄ian⁹
de numero illoz militū fortiter pugnatū
quoniā militia est vita hoīs sup̄ terrā. vt
dicat q̄libet xp̄ianus illud iob. xiiij. Lun-
ctis diebus q̄bus nūc milito: expecto dos
nec veniat imutatio mea. Sed q̄s est iste
miles separat⁹ ab alijs: p̄ctō: est: qui bo-
nis & iustis militib⁹ fortiter pugnatibus
contra mundū carnē & diabolum: sed ob-
dormiuit in delictijs: in diuitijs: in hono-
ribus tam fortiter q̄ excitari non potest.
Qui sunt fures septem: septē vitia capi-
talia. Primus fur siue latro est superbia q̄
furatur calcaria et ensem. Per calcaria in-
telligitur timor: mortis tēporalis et timor
mortis eterne. p̄ ensem intelligit timor di-
uini iudicij. Supbia i militē vniq̄q̄ furat
et vulnerat militē letalē i oculis: ne videat:
ne p̄sideret miserā & fragilitatē suā: q̄
cōsideratio iducit ad verā humilitatē. vñ
poeta. Si tibi glia. si sapia formaq̄ def-
sola supbia destruit oia: si cōmitet. Las-
lis supbus nō timet mortē nec t̄pālē: nec
eternā: nec timet diuinū iudiciū: nec mise-
riā corporalē p̄siderat: q̄ dormit. Isti p̄cti
stipedia mors est: q̄ mors p̄nū hoīez itra-
uit i mudū: mediātē q̄ hoīe p̄ctū: et p̄ p̄ctū
mors. Rom. v. g. stipendia ꝛc. Scōs latro
inuidia pessim⁹ latro. et iste furat lorica: et
vulnerat militē i narib⁹. Per lorica in-
telligit charitas q̄ ad modū loīce: oia p̄-
cepta legi: et oēs act⁹ virtutū diuersis anu-
lis cōnectit: et totū corp⁹ munit. q̄ chari-
tas op̄it multitudine p̄ctōrū. Jacobi. v. et
Prouerb. x. Vniuersa delicta op̄it chari-
tas. De ista lorica charitatē loq̄t Aug. li.
de doctrīa xp̄iana. Sola charitas est que
vincit omnia: et sine qua nihil valent
omnia. Inuidia latro furat istaz lorica. et
vulnerat istā lorica in narib⁹: si sentiat bo-
nus odorē: bonū nomē: bonā p̄sp̄itatē de
primo suo. Istius peccati stipedia mors
inroiuuit in orbē terrarū. Sapient. ij. Ter-
tius latro iracundia. et iste furatur scutū
Per scutum quod portatur in sinistra ma-

ad
lam.

ep̄m
ep̄m

ep̄m
ad aphanda oia p̄ta

vult q. 7. p̄ta
ypocrite. fo. 10

fo. 10. 12. d̄ p̄ta
12. 6. 9. 10. 11
1030. 159.

inuidia. 189.

p̄ta

mur: intelligit patientia: seu mansuetudo. ad modum scuti habet tres angulos. videlicet patientia in contumelijs & bono. patientia in tolerancia aduersorij. patientia in ablatione temporalium bonorum. Iste latro postquam exprobrauit militi scuto patientie: vulnerauit eum in auribus: ne quis habeat supradicta audire aut frueri. Isteius peccati stipendia mors. Ratio: quoniam ira est causa mortis & homicidij. qui odit fratrem suum homicida est. J. Jo. iij. Quartus latro pigricia seu negligentia. et iste furas equum: per quem intelligit totum corpus hominis. unde istud vitium totum corpus iram dormire facit: ut nullum bonum valeat operari. Talis est i. toto corpore vulneratus. istius vitij stipendia mors. Ratio bona est: quod occidit mors est: et vitium hominis sepultura. hec seneca. Quintus latro auaricia. et iste furas lanceam. per quam intelligit elemosina seu misericordia ad pauperes. Iste latro vulnerat cor: lethaliter: et vulnerat manus. Vulnerat cor: quoniam cor auaritia diuitijs non saturatur. In quo assimilatur igni. assimilatur inferno. Auarus semper rapit: et nunquam saturatur. nunquam dicit sufficit. Hoc est letale vulnus lesio cordis. Vulnerat etiam manus: ne eas extendat ad pauperes christi. manus istas. Isteius peccati stipendia mors: sicut patet de diuitem epulone guloso in misericordia: qui mortuus sepultus est in inferno. Sextus latro luxuria. qui furatur cingulum militis. per quod intelligitur castitas. quo cingulo fuit cinctus sanctus Thome. de aquino p. angelum iesu christi. Iste latro pessime vulnerat militem in labijs. unde propter hoc dicitur est. Sint labijs vestri cincti etc. Iste vitij stipendia sunt mors. quoniam secundum Bern. istud vitium est amaritudo eterna: et ideo stipendium suum est mors eterna. mors sine morte secundum Grego. Septimus latro gula. et iste furatur galeam. per quam intelligitur abstinentia. et vulnerat appetitum sensum suum iste latro. cuius stipendium mors. quare hoc? quoniam teste Seneca epistola xij. ad lucillum. multos morbos fercula multa fecerunt: et innumerabiles mortes. Accertentis omnibus et singulis supradictis: stipendia peccati mors. Beati. ij. Quocumque die comederis mors mortis. in eterna morte gehene. Item ezechielis. viiij. Anima que peccauerit: ipsa morietur. et per Christum sequitur immediate. Beata dei vita eterna. i. per gratiam dei. Cuius vite participes etc. Amen.

¶ Dñica. viij. post trinitatem. Si secundum carnem vixeritis moriemini.

¶ Dñica. vij. post festum trinitatis. Ser. ij.



Poenitentia

penitentia ad Romam. vi. Iuxta scripture veritatem per nri sermonis introitu foris mo talem propositionem. s. q. mors tria mala in homine operatur. videlicet. Primo punit eum sensu: et reddit insensibile. Secundo reddit fetidum et horribilem. Tertio reddit eum viuere naturali impossibile. Prima pars sic declaratur. Eadem? maxime nifeste quod homo mortuus non sentit percussus. non erubescit denudatus. non respondet vocatus. Unde in huius approbatione legitur iij. Reg. iij. c. quod cum mulier sunamitis concepisset et peperisset filium propter meretricia et orationes helisei: ad paucos annos puer mortuus est. cuius venisset mulier ad virum dei in matre: rogans eum ut filium suum suscitaret: ait heliseus ad puerum suum giesi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculum meum in manu tua et vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum. et si saluauerit te quispiam non respondeas illi. Et ponas baculum meum super puerum. Giesi autem posuit baculum super faciem pueri. Et dicit textus quod non erat ei vox neque sensus. Postea iuxta illuc propheta et suscitauit puerum. Figitur prima pars apparet. Secunda pars regule sic declaratur. ostendit composita experientia quod homo mortuus immediate efficit ita turpis et fetidus: quod super terram non potest diu tolerari ideo ne homines inficiantur ponit sub terra et omnes qui ipsum diligebant mortuum fugiunt. ideo dicit Eliae. xxiij. Interfecti eorum proicientes et de cadaveribus eorum ascendit fetor. Et in huiusmodi exemplum legitur Jo. xj. quod cum iesus factus esset amoveri lapide de monumento ubi lazarus fuerat sepultus: volente christo ipse suscitare dixit martha ad iesum. Dne iam fetet quatuoriduanus est. Apparet ergo secunda pars. Tertia pars regule sic declaratur. Videmus manifeste quod homo non potest mortem vitare: nec ex quo mortuus est potest vitam naturaliter recuperare. propter quod dicitur Eccl. viij. Non est in homine potestas prohibere spiritum. nec habere preteritum in die mortis. sed solus deus est ille qui habet potestatem super mortem hominis: ut patet in suscitatione puella de qua habet Mat. ix. Non est mor-

acutia

159 159
auaricia fo
1030 1019
133 91

87-8-9 & d. iij. pte

luxuria .91
1030 .1031

gula .190

per carnem copat mortem

tua puella: sed dormit. dicit glo. sup Lu-
cam. viij. mortua est hominibus q̄ susci-
tare non pot̄: sed non deo cui aia uiuit ⁊
caro suscitata quiescit. Apparet ergo ter-
tia pars et p̄ consequens tota regula pre-
assumpta. Modo nro pposito applican-
do. pctm̄ facit suo seruitou.

Primo q̄ non habeat sensum s̄m huius-
modi statum.

Secundo q̄ est deo vilis et abominabilis
ppter suum peccatū.

Tertio q̄ nō pot̄ spiritualiter uiuere nisi
a deo auxiliū sibi fuerit datum.

¶ Dixi primo q̄ existēs in peccato perdit
sentimentū seu oēm sensum ⁊c. qz de pec-
catoribz dicit Esaiē. xliij. Neqz cognoscunt
neqz sentiunt. Nam pctm̄ inficit et corū
pit oēs sensus corporales. Primo corū
pit et claudit visus. Sap. ij. Excecauit il-
los malicia eoz. Et dñ̄ errecatur. qz nō vi-
det irā dei: et iusticiā eius tenentē cōtra
eū gladiū. ad Rom. j. Reuelat ira dei de
celo super oēm impietatē et iniusticiam.

Secdo corrupit et claudit aures: ne s̄bz
dei audiat: nec verba correptōis nec ad-
monitionis. de tali dicit ps̄. Noluit intel-
ligere vt bene ageret. Tertio pctm̄ clau-
dit homini os ne loq̄tur bonū. ds̄ em̄ qui
libet os suū aperire ad bñdicendū et lau-
dandū deū. ps̄. Repleat os meum laude
idesit fac me indefinenter te laudare: vt
cantem tota die magnitudinē tuam. Ubi
dicit glo. qz anteq̄ essem fecisti me cū nō
essēm. salutem mihi dedisti cū peccassem
cognouisti cōuersum: et iustū p̄seuerantē
coronasti. hec tibi. Sed peccatum claudit
hoī os ne delectet in diuinis laudibz. ps̄.

Os habēt et non loquent. ⁊ alibi de quo
libet pctōre. Os tuū abundauit malicia:
et lingua tua concinabat dolos. Quarto
peccatū claudit homini odoratū. cū enim
deberet odorare diuinas suauitates: odo-
rat fetentes carnalitates. Esai. ij. Erit p̄
suauit odore fetoz. Quinto pctm̄ etiā clau-
dit et debilitat manus. ita q̄ homo est pi-
ger ad operandū bonū: ⁊ ad largiendum
pecunias pauperibz. Proverb. xxvj. Ab-
scōdit piger manū suā sub ascella. Appa-
ret ḡ primū q̄ pctōr. p̄p̄ pctm̄ p̄fectū ⁊c.
¶ Dixi secdo q̄ pctm̄ fetet deo intantū q̄
ppter pctm̄ fere totū dissipauit mūdum
per dilaniū. vt ptz̄ Gen. viij. Insuper deus
intantū odit peccatū: q̄ ppter peccatum

mundi innocentē vnigenitum interfecit.
Esa. liij. Propter scelus ppli mei percussit
eū. Et ipsemet filius dei vt pctm̄ deleteret
tradidit in mortē etiam suā. vt habet ibi
dem. Fr̄s deus p̄fectus est pctm̄ intantū
q̄ piecit illd̄ de celo. et vidēs q̄ remāse-
rat in mūdo: ipse in pp̄ia persona descen-
dit: vt de mūdo fugaret pctm̄. vñ Ansel-
mus. Tolerabili⁹ fetet caro putrida hoī-
bus: q̄ aia peccatrix deo et angelis eius.
Sō in figura hui⁹ legit̄ in vitaspatrū q̄
cū quidā senex ambularet per heremū: vi-
dit angelos secū comitātes. vnū ad dexte-
rā: ⁊ alium ad sinistrā. ⁊ cum inuenissent
cadauer hominis fetidū: senex obturauit
nares suas nō valens sustinere fetozē: et
post occurrit eisiuuenis pulcher ⁊ grat⁹:
sz lururiosus: quo viso angeli obturaue-
rūt nares suas. et restiti ab heremita cur
hoc faceret: dixerūt. tu cū sis caro: sentis
fetozē carnis: nos vō cū sim⁹ spūs solū sen-
tim⁹ spūalē fetozē pcti. Apparet ḡ scdm̄.

¶ Dixi tertio ex quo cecidit hō in pctm̄:
nō pot̄ vltra uiuere spūalr̄ nisi a deo iuue-
tur spūaliter. qd̄ sic declaraf. Dic̄ Aug. sup
Jo. qz sicut aia ē vita hoīs: ita de⁹ ē vita
aie. Et pbat sic. sicut illud qd̄ facit corp⁹
uiuere: opz̄ q̄ fit nobilit⁹ corpe: ita illd̄ qd̄
facit aiam gloriose uiuere: opz̄ q̄ fit nos-
bilit⁹ aia. aia autē nihil nobilit⁹ pter q̄ de⁹
q̄ angelus licz natura sit nobilit⁹: aia: tñ
grā et glia hō est ei equalis vel nobilit⁹
etiam s̄m fidē. sicut ptz̄ de hoīe p̄mo et
de beata virgine: de qua dz̄ q̄ exaltata est
sup choros angeloz ad celestia regna. ḡ
sequit̄ q̄ sicut p̄ separationē aie a corpe
fit corp⁹ mortuū naturalr̄: ita p̄ separatio-
nem dei ab aia fit mortua spūalr̄. A tali
morte de⁹ solus pot̄ eā suscitare: et ei vi-
tam restituere: sicut dz̄ Job. v. Sicut pa-
ter suscitauit mortuos ⁊c. dic̄ glo. in aia bz̄.
sic et filius quos vult viuificat. Ex anteq̄
dictis fiat talis ratio. si p̄dicta tria mors
corporalis cōfert homini: et peccatus suo
seruitou eadē tribuit: ergo sequit̄ q̄ stipē-
dia pcti est mors. In q̄bus s̄bis duo ostē-
dit apostolus. videly

Primo q̄ peccatum est seruitū deo odio-
sum cōtra nos puocans eius indignas-
tionem. peccati.

Secdo q̄ stipendū peccati est nobis dā-
nosum ⁊ periculosum: qz nos p̄ducens
ad corruptionē. stipendia.

om̄ angelis
pam

de⁹ sol⁹ p̄ resu-
tare aiam ap̄cto

pam fetet corā do

Prima pars.

¶ Dixi primo q̄ seruitiū

peccati est valde odiosum deo et hoc damnosum. Rō est: q̄ ille q̄ est in peccato dicitur esse seruus vel captiuus diaboli. vñ glo. sup illud Job. viij. Qui facit peccata seruus est peccati. dicit sic. Sicut ruitus h̄z p̄tate super asina sua: sic diabolus sup peccatōe. Et sicut captiuus h̄z facere voluntate ipsius diaboli. Et id dicit Aug. q̄ vita hoim media est iter vitā angeloz et peccatoroz. Si viuunt hō fm carnē cōparat peccatoribus: si viuunt fm spm angelis sociat. ita q̄ ille q̄ est in peccato iumentis cōparat. Et quibet illoz pōt dicere illud ps̄. Et iumentū factū sum apud te. q̄ peccatō dicitur equus diaboli: q̄ ducit eū q̄ vult. et quēq̄ peccatō vadit: semp peccatū trahit secū. vñ Augu. loquens de tali miserabili seruitute peccati ita dicit. O miserabilis seruitus hois. seruus hois aliquid sui dñi duris ipropijs fatigatur fugiendo req̄sicit. seruus autē peccati quicunq̄ fugit secū trahit. q̄ peccatū quod facit intus manet. volupras trahit: peccatū autē nō trahit: preterit quod delectat: remāst quod pūgit. solus de peccato pōt liberare ille qui venit sine peccato. hec ille. Talis autē seruitus est nobis dānosa et odiosa. Primo ē nobis dānosa: q̄ quotidie augmētat penā: q̄ morās in peccato semp addit peccatū peccato. et ita penam pene. q̄ yr dicit Greg. peccatū quod p̄niam nō diluit: mor suo pōdere ad aliud trahit sicut quā aliq̄s hō pl̄ differt soluere quod d̄ ad viturā: tāto plus multiplicat debitū et plus soluit. sic quāto quis diutius erit in peccatis: tāto pl̄ soluet de pena: et maḡ se puocat diuinā indignationē irā. id d̄ ad Rom. ij. Sed om̄ duriciā tuā et ipenitēs cor thesaurizas tibi irā i die ire et reuelatiōis iusti iudicij dei qui reddet vnicuiq̄ iuxta opera sua. Et hec quantum ad primum.

Secunda pars.

¶ Dixi secundo q̄ stipē

dñi peccati est nobis dānosum et piculosum: q̄ iducit nos ad corruptionē. q̄ stipēdiū peccati mors. Retributio em̄ et salariū est mors corporalis. nā ppter peccatū iroducta est mors. Beñ. ij. In quacūq̄ die comederis morte morieris. Hāc mortē ita irodukerunt diabolus suggerēs: et mulier comedēs: et hō plēntiēs: q̄ de cetero nō potuit

mors de mundo renocari. vñ ps̄. Quis est hō q̄ viuere et nō videbit mortē. q. d. nullus. An legis q̄ filius cuiusdā diuitis p̄siderās se in breui moriturus: religionē intravit. p̄ prer qd̄ p̄ suū monasteriū destruere voluit. Cui filius dixit. Dñe quare monasteriū istud destruere pponis: q̄ r̄ndit. penitē de struā nisi ad sc̄lm reuertaris. R̄ndit filius libētē pater ad seculū reuertat: si quādā malā consuetudinē inde elimines. R̄ndit p̄ q̄ libētē faceret. Et dixit filius. hec cōsuetudo est in terra tua: q̄ ita iuuenes yr senes moriunt. Hāc ergo consuetudinē tē mēs ne. s. inter iuuenes comprehēderet a morte: claustrū itranī. hāc cōsuetudinē auferas: et ad seculū reuertat. De caudēs p̄ ad verbū filij sui mūdīvanitatē reliquit et religionē intravit. Attēdatiōis q̄ mors est stipēdiū peccati: et gladiū illius q̄ celū et terrā fabricauit: q̄ p̄ mundū discurrens nemini parcat: cui resistere nemo pōt. Nam stipēdiū peccati est dānosum et durū: si q̄s vestrū attēdat qualiter i morte cuiuscūq̄ natus frigidat: os cōtrahit et rigescit: dentes nigrescūt: facies pallescūt: vena et nerui cor̄ poris rūpātur: et cor yr d̄ in duo diuidit: oīa mēbra tanq̄ ligna et lapides arefcūt: nihil in hoc mūdo tā abominabile. ita te diosum sicut cadauer mortuum. vñ in aere nō suspēditur ne inficiatur. in aqua nō projicitur ne corūpatur: sed tāq̄ venenū pessimū in foueam projicitur ne amplius videatur. hec Bern. Quia ergo peccati stipēdiū est ita dānosum: iuxta posse peccatam vitemus: et de commissis penitentiam agamus: quia vere penitentibus deus dat hic suam gratiam: et in futuro suā gloriam. quam nobis concedat etc.

Dñica. viij. post festū trinitatis. Ser. iij.



¶ Iseroꝝ sup̄tur

bam. Mar. viij. cap. Proprietates que naturaliter sequitur diuinam essentiam. Potestas que eminenter manifestat diuinam excellentiam. Fragilitas que notanter indicat calamitatem et miseriam. Inclinant deum nostrum ad pietatem et misericordiam.

diabolus. eua. ada. q̄ d̄ duxerunt mortē

seruus diaboli peccator

seruus regis diaboli

peccator ad peccatum peccato

ep̄m

In morte cor d̄ h̄z

Primo inclinatur naturalis proprietates dei: cui proprium est misereri semper et parcere etc. Siquidem sicut soli proprium est illuminare, sicut igni proprium est comburere, sicut aquae proprium est purgare, sicut terre proprium est fructificare, sicut aui proprium est volare, sic suo modo deo nostro proprium est misereri et parcere. Ista proprietates in deo ostenditur in hoc: quoniam deus semper fuit: et ab eterno semper est: et erit in sempiternum misericors. in ps. cii. Misericordia domini ab eterno et usque in eternum. Item deus ubique misericors, in celo: in mundo: in inferno. In celo misericors ultra dignum premiando. In mundo misericors peccatores expectando: et eisdem misericors dicit indulgendo. In inferno misericors citra condignum puniendo.

¶ Dic querit cum deus sit iustus sicut misericors: quare non dicitur deus cui proprium est punire: vel iustitiam facere: sicut dicitur deus cui proprium est misereri. Respondetur quod ad faciendam misericordiam non requirit nisi voluntas dei solius: ad faciendam iustitiam non solum requiritur voluntas dei: imo etiam requiritur opus ex parte hominis cui iustitia ministratur. De ista misericordia dei loquitur Bernardus in sermone. clix. super cantica. Misericordia (inquit) que non poterit explicari sermone quam benigna: quam libera: quam gratuita. Ego peccabam: et tu dissimulabam, non continebam a sceleribus: et tu abstinere ab iheribus. prolongabam ego multo tempore iniquitatem: et tu domine pietatem tuam prolongabas.

¶ Secundo principaliter potestas etc. Quanto aliquis dominus princeps maior: tanto magis debet esse misericors: sicut papa magis quam episcopus, et episcopus magis quam curatus, et rex magis quam dux, sic gradatim quod deus est summe potens: summe dicitur misericors. Exemplum de leone: qui est potens inter alia animalia et rex animalium: qui est naturaliter misericors: et in signum misericordie leones pretratis parcunt: in homines plusquam in feminas seu iur et in infantes, non sine magna fame puniunt, sicut dicit Solinus de mirabilibus mundi. Dicunt etiam naturales quod rex apum non habet aculeum: in signum misericordie naturalis. Ad istum intellectum loquitur sapiens Sap. x. Misericors omnium: quod potes es. Diligis enim omnia que sunt: et nihil eorum odisti que fecisti etc. et in collecta dominicali deus qui omnipotentiam tuam parcendo marime et miserando manifestas. De ista misericordia omnipotentis dei loquitur quedam glossa, super euan-

gelium hodiernum per hunc modum. Misereor: (inquit) super turbam: et copatit ut verum homo: et faciat ex paucis panibus multiplicatis tanquam verus deus.

¶ Tertio principaliter fragilitas et miseria inducunt etc. Saluator noster verus deus et verus homo: miseras humanas sustinuit: fame sitim calorem laborem timorem infirmitatem fetum anxietatem vigiliam et finaliter mortem, propter quas miseras expressas misericors factus est: iuxta doctrinam apostoli Iob. ij. Debit pro omnia fratribus similari, quatenus esset passibilis et mortalis: ut misericors fieret actu: que natura inquantum deus: misericors erat, et ab eterno (sicut dictum fuit) et fidelis nullum fallendo: potest mediator: et pons fractus fuerat in peccato adeo, sequitur. In eo enim in quo passus est, id est in ea carne in qua passus est et iudicatus a pilato: et reatus a diabolo, potens est ei qui tatur a peccato auxiliari: a peccato misericors dicitur liberando. Magna ratio est quod ille qui exustus est miseria: est misericors, et quod ille qui indignus est et sibi facta est: ipse idem tempore miserie et necessitatis misericordiam faciat indigentibus eam. Scriptum est. Deo indigens misericors est. Proverb. xix. Begit. Omnipotens deus ideo principem apostolorum cadere permisit: ut in culpa sua disceret qualiter aliis misereri deberet. ¶ Sed hic potest queri que fuerunt illa que noster saluator induxit ad miserandum turbam: quoniam ipse dixit, misereor super turbam. Respondetur quoniam miserie euangelij quatuor cause registrantur: que ipsum induxerunt. Prima quoniam visus actualia non habebat, vnde in textu. Non habuit quod manducaret. Secunda quoniam propter debilitatem quam sustinebat, vnde in textu. Si dimiseris eos ieiunos. Tertia quoniam propter locum desertum ubi habitabat, vnde in textu. quoniam erat in solitudine. Quarta quoniam propter labores preteritis que passus erant, vnde in textu. qui dam autem delonge venerat. Adhuc ergo dictum est ex grandi compassione: Misereor super turbam: quia iam triduo sustinent me, quasi dicit saluator.

¶ Primo misereor vere confessis et penitentibus.

¶ Secundo misereor: tribulationem sustinentibus. ¶ Tertio misereor illis qui auxilium prestant pauperibus.

¶ Quarto misereor humilibus et deuote obedientibus.

¶ Quinto misereor: finaliter deum timentibus.

quare deus non dicitur propter iustitiam. ut in
sermone

de hunc asermita 7 f

q indurorunt
ad misericordiam dicitur

in sermone
de hunc asermita 7 f

apud lica 111

lev
fo. 109

reapuz

Dñica. VII. post trinitatis.

Sexto misereor iniuriam ex corde remittentibus.

Septimo diuina precepta implentibus.

¶ Primo misericors saluator misereor te.

¶ Illud misereor patz de multis peccatoribus penitentibus: sicut de sancto petro: magdalena: martheo: dauid: latrone: & de inuitis. Jone. iij. **A**uid deus opera eoz: quia cõuerſi sunt de via sua mala: & misericors est super malicia quã locutus fuerat ut faceret eis: et nõ fecit. quare nõ fecit: qz pñiam egerat in predicatõe Jone pphete. De ista mia habet Prouer. xxviii.

¶ Qui abscondit scelera sua: nõ dirigitur.

¶ Qui autẽ confessus fuerit et reliquerit ea: miã cõsequet.

¶ Qui absconderit scelera sua vtpote sacerdoti. qui autẽ confessus fuerit in foro ecclie. et reliquit ea: qm̃ h̃ est necesse ala eẽpccõr: irrisor. miã cõsequet: que miã est remissio peccõũ. magna est: vt merito dicat peccator: vere penitẽs.

¶ Misericors est super me te. & alibi.

¶ Misereor mei deus sm̃ magnã miã tuã. Ergo dereliquit impij viã suã: et vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dominum: & miserebitur eius. Esaie. lv.

¶ Prochdolo: indigni sunt impenitẽtes miã. longe sunt valde a miã xpi. In hunc signũ scriptũ est Ezechiel. ix. deus precepit ser viris q̃ habebãt vasa mortis in manu sua. Nõ parcat oculi vester: nec misereor mini. Senẽ adoleſcẽtũ et virginẽ. parvũ et mulierẽ interficite. Sup̃ quẽ videritis signũ thau. qd̃ est signum penitẽtie. ne occidat̃. Nẽpe nullis a pñia excusaf dum ad etatẽ puenit septẽ annorũ.

¶ Sedo misereor te. Dicunt iudei qd̃ deus õiporẽs duas sedes habz in celo. vna vocat̃ sedes iusticie: alia sedes mie. In sede iusticie sedet tpe p̃osperitat̃: sed in sede mie tẽpore aduersitat̃: qm̃ tunc expresse apparet miã dei. quoniã vbi miseria ibi miã. et vbi maior miseria: ibi maior miã. vbi maior aduersitas: ibi maior pietas. vbi maior tribulatio: ibi maior cõpassio. quã propter cõmilitonibz suis iudas machabeus dicebat. Nũc clamemus in celũ & miserebitur nr̃i dñs. s. mach. iij. Speciosa miã dei i tpe tribulatiõis. Eccli. xxv.

¶ Qui alludit p̃pbia. Expectat dñs vt misereat vestri: plorãs nequaquã plorab: miserãs miserebitur tui. Esa. xxx. Dicit seneca in lib. de clemẽtia ad neronẽ: qd̃ miã est vici

na miserie & aduersitati. hoc est i miseria & aduersitate oñdis maxime miã dei nr̃i.

¶ Sed potest queri in quo differunt miseria ratio & miã: dñdet hugo de scetõ victorie.

¶ in h̃ differit sicut fons & riuus: in effectu

¶ Tertio miserebitur deus te. vñ bea. Aug. Beati illi q̃ subueniunt miseriis: qm̃ illis respondit vt per misericordẽ dñi a suis miseris liberant̃. Sup̃ illo s̃bo. beati misericordes. Misereor deus paupibus i hoc qz vult & p̃cipit q̃ illis diuinites misereant̃.

¶ Estote igitur misericordes: qz qui misereor pauperi beatus erit. Prouer. xxiij. et qui pronus est ad miãz bñdices. Prouer. xxv.

¶ bñi misericordes qm̃ ipi miãz cõsequet̃.

¶ Mat. v. Immisericordes miã finaliter sunt indigni. Iudicij sine miã fiet ei qui nõ facit miãz. Jaco. ij. Qui obtrurat añrem suã ad clamorẽ paupis: & tpe clamabit et nõ exaudiet. Prouer. xxj. Prz de diuitie epulone imisericordes: q̃ existẽs & clamas in tomẽtis: postulas miãz guttam aque nõ potuit imperare. Luc. xvj. Qui iuxta p̃ceptũ dei facit miãz: miã dignus est de hac miã. Pet. de rauẽ. loquit satis pulchre. In regno celli corã angelis et in conuentu resurgentium: q̃ abel passus sit. q̃ mãdũ saluauit noe. q̃ abraã fidẽ saluauit q̃ moyses legẽ tulit. q̃ petrus crucẽ reſurp̃inus ascẽdit deo: tacet: et clamat solum qd̃ pauper comedit. Esuriui inq̃t te. Qui em̃ misericors est miã dignus est. Deo em̃ misereor paupibz. vñ bñs August. Añ pauperũ gazophilatium xpi. Ista virtus tam vtilis. tã mirabilis de malis aliorũ meliora: de fordibz aliorũ lauaf: de paupertate letaf: de infirmitate aliorũ sanior efficit. Ipa miã portat onera aliorũ implẽs totaliter legẽ christi. Alter alterius onera portate. et ad Galat. vj.

¶ Quarto misereor te obediẽtibus. sic misereor est paulo: qui obtulit obedientiã: cũ dixit Act. ix. Dñe quid me vis facere? & postmodũ cõfessus est miã cõsecutus. et Sap. iij. Gra dei et miã est in sanctos ei. In quos scetõs: in patriarchis abraã ysaac & iacob. in noe: in iob: in moysẽ: in sanctis aplis. qui oēs misericordes fuerunt. Ipsi sunt viri mie quoqz pietates nõ defuerũt. Eccli. xliij. Nec tobias inter alios debz tradi obliuioni. Dicũt naturales qd̃ aquila ex infictu suo hz in nido duos lapides preciosos. vnus est masculus: et

mysero
mja

103

109
Xij mje

agula

h̃r duas sedes
a mje alia iust

alter femella: quibus lapidibus pulli sui a serpentium moribus defendunt. et mulieres in partu suo laborantes melius et citius liberant. Dicit enim naturales quod vitulus marinus duas habet pinnulas: quarum dextera secundum Plinium supposita capiti dormientis ipsum facit profundissime obdormire. Sic illo modo dicitur esse moraliter saluator noster in scriptura et vocat vitulus: et aquila et cetera. Et tulus oblatas fuit in passione. leo fortis in resurrectione. aquila in ascensione. Iste vitulus duas habet pinnulas. et sicut aquila in dextera habet duas: in sinistra iusticia. Iste due filie sunt due virtutes summi regis. due domicele: que custodiunt regem. Adia et veritas custodiunt regem. et roborat clementiam throno eius. Prouer. ix. et ibidem capitulum. Firmabit iusticia thronus eius. Per istos duos lapides preciosos pulli fideles christi ab omni malo et periculo defendunt. Per miam que est in dextera: beati patri dormiunt et requiescunt. Per iusticia que est in sinistra: dantur in inferno puniuntur. Iste sunt due partes regni christi. sunt due sorores: que nunquam ab invicem separant. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax et cetera. in psalmo. lxxviii. et Prouer. xxi. Facere miam et iudicium magis placet domino quam victimam. Osee. vi. et Mat. ix. et xii. Adiam volo: non sacrificium. Quanto miseretur deus deum timentibus: et in deo confidentibus. De primo Ecclesi. ii. Aduentus domini sustinete miam. De secundo cantamus de nocte. Fiat miam tua domine super nos: que admodum sperauimus in te. et in psalmo. lvi. Misere mei deus misere mei: quam in te confidit anima mea. et alibi. psal. cxi. Quo modo misere pater filiorum: misertus est dominus timentibus se. Sperandum et confidentium in miam dei: que nunquam deficit digne et deuote invocantibus eam. deus enim est multe misericordibus innocantibus se. in psalmo. lxxv. Sicut enim mater pupilli fameferti et claudens solet miam facere: ideo confidenter clamabat david. Ostende nobis domine miam tuam: et salutarem tuam da nobis. Et licet in dei miam: que magna est: sit sperandum et confidentium: tamen propter hoc diuina iusticia non est omissa nec obliuiscenda. Expertus est quod oues iacent equaliter super lapem dextrum atque sinistram. per medium annum super vnum et per

medium super aliud. Sic moraliter equaliter debemus cogitare et recordari de deo miam atque iusticia. Ratio est: quam per iusticiam terramur a malo: et per miam inclinamur ad bonum. Ecclesi. v. Adia et ira ab ipso cito proripiant. de ista miam alia dictum est. Sed per finali delusione accedat illud apostoli. Non erit operibus iusticie que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. ad Titum. iij. Cuius salutis nos participes faciat ille iesus saluator noster: que cum patre et spiritu sancto viuunt et regnant per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Dominica. vij. post festum trinitatis.
Sermo. iij.



Fereor sup tur

dam. Adar. viij. cap. et in euangelio hodierno. Honorable domini per introductionem thematis sciendum: quod due christi virtutes in nostro themate implicite continentur. scilicet virtus cordialis compassio: et effectualis miseratio. que virtutes isto modo differunt. quia compassio est virtus que in corde est et in affectu miseratio in opere est et in effectu. Et ideo pro introitu nostri sermonis est norandum: quod utraque istarum virtutum ante christi incarnationem fuit abscondita et occultata: sed post christi incarnationem omnibus hominibus declarata et manifestata. Patet primum de virtute compassionis. ante christi incarnationem quatuor videbantur dura et impassibilia. scilicet deus angelus: celum: et mors. Deus neminem hominem diligebat. Angelus nullum hominem: nec hominis animam in celum deferbat. Celum nullum hominem suscipiebat. Mors omnes homines deuorabat: et ad tartara rapiebat. ita quod pro illo tempore: deus: angelus: celus: et mors nihil compatiebatur: nisi contritionem ioseph idest hominis. Amos. vi. Adodo ioseph fuit dei ad hominem compassio: quod homines per suam propitiam mortem reconciliant. ut ait apostolus (ad Colos. i.) deus pacificus per sanguinem crucis eius

fo. 100. q. ante
gaudent & post
nro post mar.
102. quibus non
des an maxime

liberā recordaz domia c. iust.

Dñica. VII. post trinitatis.

Angelus hominem in paradiso deportavit.
 Factum est autem ut moreretur medicus etc.
 Luc. xvj. Celum ipsum suscepit. et ad suscipiendum enim se aperuit. in cuius signum de beato stephano legitur Act. vij. q^uo vidit celos apertos. Mosus que prius dura et aspera erat: facta est dulcis. ita q^uo a sanctis non timetur: sed desideratur. ad Philip. s. Desiderium habens dissolui et esse cum xpo. Sic post xpi incarnationem. non habemus potestatem qui non possit copari infirmitatibus nostris. ad Heb. iij. Duricia et crudelitate igitur expulsam et compassionem inductam denunciat nobis xps per thema dicens. Misereor super turbam. Pro xpo de virtute mie que ante xpi incarnationem fuit abscondita et occulta: sed post xpi incarnationem manifestata et dilatata. Constat enim q^uo virtus mie fuit ante xpi incarnationem tamen in celo. vñ David ps. xxxv. Dñe in celo mia tua. et sic non erat nota nec manifestata nisi angelis. Deinde descendens de celo inclusit se in quodam angulo. s. iudeorum et tibi fuit cognita. ps. lxxv. Notus in iudea deus. Deinde de magis manifestavit se: ponendo se in virginis utero per incarnationem. ps. xlvj. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Deinde ultimo magis manifestavit se et declaravit in tota terra et in toto mundo. ps. xxxij. Misericordia dñi plena est terra. Sic deus qui tamen olim videbatur ante xpi incarnationem misericors super turbam angelorum: deinde super turbam iudeorum: modo post xpi incarnationem declaravit et manifestavit misericordiam suam super terram omnium iustorum et omnium peccatorum. Sic divinam misericordiam declaratam dilatata et divulgata denunciat xps in themate dicens. Misereor super turbam. Et hoc sufficit per introductionem thematis. Pro cuius persecutione qui in euangelio hodie non fit mentio de quadam xpi pia et mirabili mia: per quam in deserto satnavit ac saturavit quattuor milia hominum absque parulis et mulieribus de septem panibus et paucis piscibus: de quibus superaverunt super prem sponte: idcirco circa misericordiam euangelij de ista xpi misericordia sunt tria principia liter in quibus erit materia totius sermonis. Primum est videndum in quibus vel super quibus xps facit vel monstrat istam misericordiam. Secundum quod fuit causa motus istius misericordie. Tertium quod opus efficacie istius mie:

Prima pars.

¶ Dico primo q^uo est videndum

in quibus vel super quibus etc. et ad hoc rñder thema dicens. q^uo super turbam misereor. Possit queri a iesu quare super turbam? Respondeo per principia p^{ro}phetie: q^uo in materia disposita per agens ad susceptio nem alicuius forme per agens principale introducit illa forma. hoc est enim q^uo dicit p^{ro}pheta in. ij. de asa. Actus actiuorum sunt in patiente dispositio. Sed q^uo turba que est hominum simplicium et imperitorum et laicorum: erat disposita. et magis dispositi erant isti ad recipiendum formam diuine mie q^uo magnates. s. principes: vt scribe et pharisei: imo isti erant simpliciter indispositi. non igitur mirum si super turbam xps inducebat formam sue mie: et non super magnates principes et maiores. Tria enim fuerunt disposita in turba ad suscipiendum formam diuine mie: que non fuerunt in potentibus: nec in maioribus. Primo turba in christum credidit. Joh. vii. De turba autem multi crediderunt in eum. Fides disponit ad formam diuine misericordie. de maioribus. de poteritibus: pauci. Joh. vii. dixerunt pharisei. Numquid de principibus aliis credidit in eum: aut et phariseis? sed turba que non nouit legem. Quia igitur crudelitas et fides disponit ad diuinam misericordiam: que erat in turba: et non in maioribus: id xps dixit. Misereor super turbam. Sec^undum dispositum ad suscipiendum formam diuine mie que fuit in turba: q^uo turba xpi miracula laudauit. Luce. xj. Et erat iesus eiciens demonium: et illud erat mutum. Et tollens vocem quedam mulier de turba etc. Hoc non fuit in maioribus: immo dixerunt q^uo in beelzebub principe demoniorum eiciebat demonia. Et s^{ec}undum Bedam non hoc aliq^uo de turba: sed pharisei caluniantes dixerunt. Quia igitur laus diuina multum disponit ad formam diuine mie suscitandam: q^uo laus fuit in turba: non in maioribus: ideo dicit xps. Misereor etc. Tertium dispositum ad suscipiendum formam diuine mie: que fuit in turba: est q^uo turba non solum xpm laudauit: sed multum honorauit. vñ scribit Mattheus. xj. non solum xpm laudauit. Turbe que prescedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna. sed plurimi de turba strauerunt vestimenta sua in via: et alij cedebant ramos de arboribus ipsum honorando. Et

la beo d mja. 120



pro ista snia notādū q̄ x̄ps de oibus diuinitibus non legit q̄ habuit nisi vnū amicum scz zacharē. Luc. xij. De potētibus nō nisi centurionē et regulū. Job. iij. De principibus nō nisi nicodemū. Job. iij. De turbis multos. In cuius signū q̄n turba. scz pauperes et simplices imperiti et laici in die ramoz x̄pm honorabāt: potētes potēfices pharisei et pncipes de x̄pi morte trahebant. Quia igit turbe et nō potētes ad formā diuine mie recipiendam se disponebāt: iō x̄ps tanq̄ in bene dispositis ea in eis inducebat: propter qd̄ x̄ps dicit in themate. Misereor super turbā. Ptz igit primus tractatus n̄ri sermonis: i quo dixi q̄ erat videndū in quibus vel super q̄bus rē. Et respondit thema q̄ super turbā. Et hoc de primo principali.

Secunda pars.

Dico secūdo principia

liter q̄ erat videndū circa nostri sermonis ac thematis materiā: que fuit causa motiua istius mie. Et reperio fm̄ textum euāgelij: q̄ triplex causa fuit que mouit christum ad miserendum turbe.

Prima turbe magna patientia in expectādo seu sustinēdo. que notatur quādo dicit x̄ps. Ecce iā triduo sustinent me.

Secūda nature debilitas in seipsam sustinēdo. quod notatur q̄n dicitur. ne deficiant in via.

Tertia fuit magnus labor et fatigatio in itinēdo. quod notatur cū dicitur. quidam aut̄ ex eis delonge uenerunt.

Dico primo q̄ prima causa motiua mie x̄pi sup̄ turbā fuit turbe patientia rē. et istā explicat x̄ps q̄n dicit. ecce iā triduo sustinent me. Notādū ad litterā q̄ fm̄ L̄hyf. nō est credendū q̄ turbe sine viatico in solitudine ad x̄pm uenerint: sed prima et secūda die oia consumpserunt. et pro tertia die alimentis carebāt: et iō x̄ps ppter hoc fuit motus m̄ia super turbā. Sed dices: retaliqs̄ quare igitur ibi cū x̄po remanebant: R̄ndet L̄hyf. q̄ duplici de cā. Prima propter infirmos: quos ad x̄pm durescēt: et sanari affectabāt sicut p̄z Mat. xv. ubi etiā istud miraculū recitatur. et ibi dicitur. Accesserūt ad eū turbe multe habētes seculū mutos cecos et claudos rē. Secūda propter decemētum salutare qd̄ ab eo audiebāt. sicut t̄gūt i gl. ibi. ita q̄ ex his duab̄

causis iā tertia dies aduenerat: q̄ erāt in sequela x̄pi ip̄m. s. quātū ad sua miracula que cupiebant: et sua de cetera quā libēter audiebāt: expectādo. et sic aliqua eis deficiebāt. Et ista fuit cā litteralis mie x̄pi super turbas. s. patientia magna turbe in expectādo quā explicat x̄ps di. Quia ecce iam triduo sustinet me. Moraliter p̄ n̄ra introductione sp̄nāli. o vtiā simus cū ista turba ita deuoti ad x̄pm q̄ eū expectem: vel cū eo pseuerem: p̄ tres dies. ita q̄ de nobis possit dicere x̄ps. Ecce iā triduo sustinent me. Tres dies in q̄bus ista turba deuota sustinuit x̄pm: vel perseuerauit cum christo: sunt moraliter

